



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

Liber CCXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67659)




*Cæsarei Legati Sacellum et Palatium ab Ham-  
burgensibus Lutheranis funditus everfa.*

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

*LIBER CCXIX.*

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.  
CAROLUS VI. ROM. IMP.



§. 1.

*Acta Appellationum ad Concilium Ge-  
nerale a Parisiensi Facultate Theo-  
logica interjectarum.*

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

**T**antam gloriam ex quatuor Ap-  
pellantium Episcoporum humili  
recurfu Parisiensi Sorbonæ ac-

*Acta publ.  
Const. p. 431.*

*Hist. Eccles. Tom. LXX. A cessisse*

**Sæc. XVIII.** cessisse arbitrabantur nonnulli Doctores,  
**A. C. 1719.** ut tam opportunam, qua etiam Cardinalis Sorbonæ decus ac fulcrum exemplo præire certabat, laudis & obsequii incensum offerendi occasionem prætermittere, nefas foret: Igitur die vigesima sexta Septembris hi Doctores, qui se Theologicam Facultatem repræsentare jactitabant, jussu Decani sui Nicolai Chaudiere sua habuere comitia, in quibus præprimis totam rursus ducebant scænam, qua anno priori die quinta Martii quatuor Episcopi Appellantes eo tempore, quo Doctores de prima articulorum suæ doctrinæ supra adductorum parte deliberabant, suam appellationem, ejusque approbationem, ac Sorbonæ adhæSIONES emendicabant: absoluta hujus spectaculi relatione, lectoque & confirmato adhæSIONIS die decima sexta Mensis Septembris denuo factæ decreto Syndicus proposuit, neminem ex Sapientissimis Magistris latere, quæ facta sint hisce diebus, & quomodo Eminentissimus Cardinalis Noaillius Archiepiscopus Parisiensis appellaverit a Constitutione *Unigenitus* ad Concilium Generale, eapropter postulare Syndicum, ut ejus appellationis instrumentum legatur impræsentiarum palam ac publice, quo lecto:

Addi-

Addidit idem Syndicus, „intelligere <sup>Sæc. XVIII.</sup> <sup>A. C. 1719.</sup> facrum ordinem nihil non tentatum reliquisse Eminentissimum Cardinalem, ut pacem, cujus amantissimum sese præstitit, servaret in Ecclesia, gravissimisque, & si fas sit ita loqui, urgentissimis momentis adductum, impulsumque fuisse, ut recurreret ad solemnem illam Appellationem, tanquam ad unicum remedium, quo, positis rebus, uti sunt, possint salvari omnium a Christo nato sæculorum usu atque reverentiæ consecratæ de gratuita Meditatoris gratia loquendi formulæ, sana de disciplina & moribus doctrina, Authoritas divinitus iis concessa, quos *Spiritus sanctus posuit Episcopos Regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, libertates Ecclesiæ Gallicanæ & illibata Regum nostrorum Regniq[ue] jura; jam Appellationi isti adhæsisse insigne & apud totum Christianum orbem commendatissimum Dominorum Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis Canonorum Collegium, jam & eidem Appellationi manus dedisse Regiæ civitatis Parisiensis pastores vigilantissimos, quorum nomine atque jussu ipse eorum Decani personam gerens, verba jam fecerat apud Eminentissimum Cardinalem; voluisse sacrum ordinem, ut & ipse Syndici sui partes ageret, existimare se*

Sæc. XVIII. sui muneris esse, quatuor circa præ-  
A. C. 1719. fens Negotium requirere.

I. Ut Appellatio ad Concilium Generale interjecta ab illustrissimis quatuor Episcopis Mirapicensi, Senecensi, Montispeffulano & Boloniensi die prima Martii Anni 1717. lecta, probata & confirmata in comitiis generalibus sacræ Facultatis habitis die quinta ejusdem Mensis & anni, quæque relata est hodiernis in comitiis, iterum secundum omnes suas partes renovetur & confirmetur.

II. Ut appellatio ad Concilium Generale ab Eminentissimo Cardinale Noailio interjecta die tertia Aprilis anni præteriti, & publicata die vigesima quarta Septembris anni decurrentis ad perpetuam memoriam honoris, reverentiæ, atque observantiæ, erga Eminentissimum Cardinalem, in commentariis sacræ Facultatis inscribatur, eique ita adhæreat sacer ordo, utin nulla re deroget priori Appellationi suæ, factæ die quinta Martii 1717.

III. Ut in deputatos nominentur duodecim seniores, qui nomine sacræ Facultatis Eminentissimum Cardinalem adeant, ipsi gratulaturi de ipsius in fide, religione, Ecclesia, & sanctis ejus libertatibus strenue asserendis & defendendis constantia, ipsique in tutandis  
illis

illis omnibus perpetuum & indefessum Sæc. XVIII.  
 polliceantur auxilium, senioribus inte- A. C. 1719.  
 rim adjungant sese, quicumque vo-  
 luerint.

IV. Nominentur deputati, qui cu-  
 rent Appellationem sacri Ordinis &  
 conclusionem, quæ ad eam pertinet,  
 sicut & hodiernam conclusionem in  
 scriniis officialitatis, universitatis, &  
 supremi senatus describi, atque actum  
 postulent, & qui scriptis tam dogma-  
 tics quam forensibus nomen & jura  
 sacræ Facultatis adversus quoscunque  
 ipsius hostes impigre defendant, nihil  
 tamen publici juris faciant, nisi de Man-  
 dato sacri Ordinis.

De quibus quatuor capitibus a Do-  
 mino Syndico M. Hideux postulatis, &  
 in deliberationem missis a venerando  
 D. D. Decano & comitorum præside  
 S. M. Nicolao Chaudiere, postquam decem  
 supra centum Magistri sententiam tulerunt,  
 sic ad mentem Magistrorum octo  
 supra centum, censuit sacra Facultas.

I. Sacra Facultas interjectam a  
 Constitutione summi Pontificis Clemen-  
 tis XI. quæ incipit, *Unigenitus*, Ap-  
 pellationem ad Concilium Generale ab  
 illustrissimis Episcopis Mirapicensi, Se-  
 necensi, Montispeffulano & Boloniensi  
 die prima Martii 1717. lectam proba-  
 tam & confirmatam in comitiis suis

Sæc. XVIII. generalibus die quinta Martii ejusdem  
A. C. 1719. anni, secundum suas omnes partes,  
 iterum renovat atque confirmat.

II. Appellationem ad concilium Generale ab Eminentissimo Cardinale Noaillo Archiepiscopo Parisiensi interjectam die tertia Aprilis Anni 1717. & publicatam die vigesima quarta Septembris Anni 1718. laudat, veneratur, & in commentariis suis ad perpetuam observantiæ suæ erga Eminentissimum Cardinalem memoriam inscribi jubet, & ipsius appellationi ita adhæret, ut nulla in re derogatum velit priori appellationi a se factæ die quinta Martii Anni 1717.

III. Nominat duodecim seniores, qui nomine sacræ Facultatis Eminentissimum Cardinalem Noailium adeant, ipsi gratulaturi de ipsius in fide, religione, Ecclesia, in sanctis ejus libertatibus strenue asserendis & defendendis constantia, ipsi in tutandis illis omnibus perpetuum & indefessum polliceantur auxilium atque officium, eique tradant exemplar authenticum hodiernæ conclusionis: senioribus se adjungant, quicumque voluerint.

IV. Nominat deputatos SS. MM. NN. Lambert, Leger, Anquetil, Jollain, Dupin, Favart, Tonelier, Bruslé, d'Asfeld, Cottin, Davole, Pastel,  
 Bour-

Boursier, le Fevre, Sage, & Rouviere, Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
 qui curent Appellationem sacri Ordinis  
 & conclusionem, quæ ad eam pertinet  
 sicut & hodiernam conclusionem in  
 scriniis officialitatis, universitatis &  
 supremi senatus Parisiensis inscribi, at-  
 que actum postulent, & qui etiam scri-  
 ptis tam dogmaticis quam forensibus  
 nomen & jura sacræ Facultatis adver-  
 sus quoscunque ipsius hostes impigre  
 defendant, nihil tamen publici juris  
 faciant, nisi de mandato sacri Ordinis.

V. Habeantur comitia generalia ex-  
 traordinaria die 27. hujus Mensis, ut  
 incæpta deliberatio de articulis secun-  
 dæ partis continuetur. Lecta & con-  
 firmata in comitiis generalibus habitis  
 die vigesima septima Septembris & hora  
 matutina undecima publice delata a  
 Deputatis in Conclusionem nominatis ad  
 tribunal officialitatis Parisiensis.,,

§. II.

*Conclusio sacræ Facultatis.*

Sequens Conclusio lata erat die octava  
 Octobris & confirmata die decima  
 ejusdem Mensis; ibi Magister Lambert  
 deputatorum prima die Mensis decur-  
 rentis nominatorum antiquior retulit,  
 deputatos a sacro Ordine convenisse  
 semel atque iterum atque attentius

A 4

præle-

Sæc. XVIII. prælegisse Breve Apostolicum datum  
 A. C. 1719. Romæ 18. Novembris 1716. Decretum  
 inquisitionis datum Romæ die 16. Fe-  
 bruarii 1717. & literas Clementis XI.  
 quæ incipiunt: *Pastoralis Officii*, quibus  
 literis renovantur prædictum Breve &  
 prædictum Decretum, illis autem tri-  
 bus instrumentis sedulo expensis, de-  
 putatos omnes in unam descendisse  
 sententiam, quam omnes, uno excepto  
 & altero, qui pro infirmitate aberat,  
 syngrapha sua communierunt, quam-  
 que apprime referebat processus ver-  
 balis, quem nomine deputatorum sacri  
 Ordinis oculis exhibebat & subiciebat  
 iudicio. Illico M. Hydeux Syndicus  
 postulavit, ut legerentur palam & pu-  
 blice tria illa instrumenta, & quia ad  
 illa respectum habebant & senatus De-  
 cretum datum, die tertia Mensis De-  
 cemberis & Appellatio nova, quam eadem  
 die occasione prædictarum literarum  
 quæ incipiunt *Pastoralis officii* instituit  
 Eminentissimus Cardinalis Noailles  
 Archiepiscopus Parisiensis ad Concilium  
 Generale, petiit idem Magister Sya-  
 dicus, ut legerentur palam ac publice  
 & præfatum senatus decretum & in-  
 strumenta, de quibus supra, & quibus  
 lectis, lecta est quoque, quæ sequitur  
 sententia DD. Deputatorum.

Depu-

Deputati a sacro ordine nominati Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
die prima Octobris, ut inquirerent in libellos, epistolas aliaque instrumenta sacro ordini injuriosa, libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ & Regni juribus adversa, bis convenerunt in ædes sacræ Facultatis nempe die quinta & sexta hujus Mensis horis vespertinis, ac ut imposito sibi muneri faciant satis, judicaverunt nihil magis e re sacræ Facultatis & Ecclesiæ esse, quam ut legerent & expenderent quædam folia typis Romæ mandata, quæ circumferuntur in vulgus in quibus facultatis honor impetitur, libertates ecclesiarum convelluntur, Episcoporum auctoritas pessumdatur, Regis ac Regni jura violantur, sanctissimis Episcopis Gallicanis, celeberrimis facultatibus Theologicis & universitatibus Regni gravissima fit injuria. De quorum præcipuis ad Vos, Patres sapientissimi, quamprimum referre deputatis vestris operæ pretium visum est.

Inter eos libellos unus est, qui maxime ad sacram facultatem spectat, eamque lædit, nempe prætensum aliquod Breve sanctissimi Domini Clementis divina providentia Papæ XI. datum Romæ, uti fert istud instrumentum, apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava Novembris anno millesimo septingentesimo decimo

A 5 sexto,

Sæc. XVIII. sexto, quo Clemens XI. male informatus & subdolis quorundam artibus impulsus eo devenit, ut privilegia a Sede Apostolica sacræ facultati Theologicæ Parisiensi concessa ad sanctitatis suæ ejusdemque Sedis beneplacitum suspensa esse declararet: quo quidem in Brevis plura quidem proferuntur primum in honorem hujus ordinis, verum statim eodem tenore multa congregantur in decretum latum a S. Facultate die quinta Januarii Anno 1716. quo declaratur Decretum prætensum die 5. Martii 1714. ad acceptandam Constitutionem, quæ incipit *unigenitus, falsum, adulterinum, commentitium, atque ex ipsis facultatis commentariis eradendum*, quod tamen Decretum die 5. Januarii Anno 1716. non sine gravi & maturo examine a sacro ordine pronuntiatum est, uti evincunt publica instrumenta ea de re confecta & publicata, multæque deinceps hujus rei confirmationes communi consensu in comitiis generalibus factæ. Licet autem eo in negotio nihil præstiterit S. Facultas, quod non fuerit sui officii & juris ac veritati consonum, tamen sub hoc obtentu SS. Papa Clemens XI. aut potius ii, qui illud ipsi suggererunt, Facultatem multis onerat probris, atque *nos oblitos antiquæ sætatis nostræ gloriæ perpetuæque in Sedem Apo-*

Apo-

*Apostolicam observantiæ, immemores insignium ab ea collatorum beneficiorum, ac privilegiorum, imo ipsius etiam nostri doctoratus, turpiter a debito officio descivisse, a vestigiis Majorum nostrorum aberrasse, delirantes esse filios ac desertores, qui nulla conscientia commissi sceleris aut saltem verecundia ad se sponte redierint, aut alieno impulsu atque opera revocari potuerint. Quibus aliisque probris in nos coniectis, quæ paternum summi Pontificis animum minime sapiunt opposcentes, aliquot licet paucos hujus ordinis ab eodem ordine propter gravissima momenta expulsos mirum in modum laudat. Quamquam illi in celeberrimis ac numerosissimis sacræ Facultatis comitiis rei judicati sint & ab omnibus congregationibus tum publicis tum privatis ejusdem facultatis, donec sacro ordini satisfacerent, fuerint exclusi conclusione lata die 5. Februarii 1716. quæ provisorio senatus supremi decreto confirmata fuit. Quod vero ad rem vestram magis attinere videtur, omnia & singula privilegia, immunitates, libertates, prerogativas, facultates, indulgentias, gratias & indulta quæcunque sive a sua sanctitate, sive a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis sacræ facultati concessa ad suum & Sedis Apostolicæ Beneplacitum suspendit & suspensa esse decernit*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Sæc. XVIII. nit & declarat. Ac statuit neminem  
A. C. 1719. propterea impostero ejusmodi suspensione  
durante ad Magisterii seu doctoratus, licentia, Baccalaureatus, seu quemvis alium gradum in eadem facultate per Cancellarium supradictæ universitatis, sive alium ipsius facultatis, Ministrum, seu officialem quemcunque promoveri eidem facultati aggregari ullo modo posse, nec ita sorte promotum seu aggregatum a Nobis, a Sede prædicta, ejusque officialibus & Ministris aut a quovis alio prælato Ecclesiastico sæculari vel regulari, eorumve pariter officialibus & Ministris ubique gentium existentibus ullo modo admitti debere, neque demum prælatorum graduum vigore ad quasvis Ecclesias, dignitates, Beneficia aliaque munera Ecclesiastica gradus hujusmodi requirentia, idoneum cense-ri, aut ab illa recipi quoquo modo posse, autoritate & tenore prædictis similiter declarat. Frustra & immerito hæc dicuntur & hoc nomine suspenduntur Sedis Apostolicæ Romanorumque Pontificum Privilegia facultati indulta, primum, quia sacra Facultas non est a Romanis Pontificibus instituta, sed suam debet Regibus nostris ac Regno originem, suaque jura tum Regum diplomatibus tum consensu Gallicanæ universæ Nationis obtinet, si quæ vero Romani Pontifices ei Privilegia concesserint, ea Romanus Pontifex sua sola aucto-

auctoritate revocare non potest, cum <sup>Sæc. XVIII.</sup> conciliorum generalium auctoritate & <sup>A. C. 1719.</sup> Regni legibus roborata sint, & usu antiquo & perpetuo firmata: *Nec est, quod opponatur, nos juramentum edere, quo initio omnium actuum jurant Baccalauri, se nihil unquam facturos scripturosque, quod Pontificis Decretis repugnet, cum hoc juramentum intelligi nequeat nisi de Decretis secundum leges Ecclesiæ promulgatis ab universa Ecclesia, & in Gallia receptis juxta Canonicas sanctiones & Regum placita, a Senatibus supremis recognita & inscripta. Ad quam Regulam illud sacramentum ab eo tempore, quo introductum est, semper fuit, & nunc est ad amissim exactum: nec debet aut potest alia ratione intelligi ac exigi.*

lis itaque de causis censuerunt deputati, insignem injuriam fieri sacro Ordini per istud Breve datum 81. Novembris 1716. Nec S. Facultatem suis juribus ita læsis, suis legibus ita proculcatis, & tam aliena interpretatione corrupto sacramento, quod in actibus suis fieri solet, abstinere posse, quin a Brevi prædicto ad concilium generale provocet, ac per Appellationem ab abusu recurrat ad supremam curiam, quæ ipsius jura nunquam infringi passa est, & quam eorum vindicem semper est experta,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719

perta, a qua etiam suprema curia postulat actum declarationis suæ, quod cum juramentum emittitur a candidatis, Baccalaureis, Licentiatis *se nihil unquam facturos, scripturos, aut dicturos saltem ex animo, quod adversetur Decretis Pontificiis a se & ab iis, qui præstant juramentum, id non intelligi, nisi de Decretis ab Ecclesia universali canonico judicio susceptis, secundum leges Ecclesiæ promulgatis & in Gallia receptis juxta canonicas sanctiones & Regum placita, a senatibus supremis recognita & inscripta.* Oblatum est deputatis vestris aliud Decretum Datum die 16. Februarii 1718. & die 7. Martii Romæ affixum & publicatum, Mandatum typis Cameræ Apostolicæ eodem anno, emanans a tribunali inquisitionis, quo quidem in Decreto damnantur sub nomine libeli instrumentum Appellationis interjectæ die prima Martii ab illustrissimis & Reverendissimis Episcopis Mirapicensi, Senecensi, Montispefulano & Boloniensi ad futurum Concilium Generale a Constitutione SS. DD. N. Clementis Papæ XI. Romæ data Anno 1713. VI. Idus Septembris, necnon ab omnibus inde secutis, & a gravaminibus occasione ejusdem Constitutionis ab eodem S. D. N. Clemente Papa XI. sua vel cujusvis auctoritate illa-

illatis vel inferendis, seu adversus di- Sæc. XVIII.  
ctos Episcopos, seu, adversus ipsos ad- A. C. 1719.  
hærentes, subjunctis conclusionibus, qui-  
bus dictæ Appellationi adhæserunt,  
S. Facultas Theologiæ Parisiensis in co-  
mitiis generalibus die quinta habitis  
coram præfatis Illustrissimis ac Reve-  
rendissimis Episcopis, sacra Facultas  
Theologiæ Rhemensis die 8. & sacra  
Facultas Theologiæ Nannetensis die  
10. ejus Mensis, *tanquam continens pro-  
positiones falsas, seditiosas, scandalosas,  
temerarias, summo Pontifici contumeliosas,  
schismaticas, ac insuper hæreticas.*

Item damnatur etiam sub nomine  
libelli instrumentum Gallico idiomate  
conscriptum, cui titulus: *Acta Appella-  
tionis Em. D. Cardinalis Noailii Parisien-  
sis Archiepiscopi die 3. April. 1717.* tan-  
quam continens propositiones falsas, te-  
merarias, scandalosas, injurias sum-  
mo Pontifici, erroneas, & hæresi pro-  
ximas. Licet autem istud Decretum e-  
manet a tribunali, quod nos Galli non  
agnoscimus, tamen quia injurium est  
non solum Eminentissimo Cardinali &  
Illustrissimis Episcopis, verum etiam  
sacræ Facultati Parisiensi, quæ eorum  
Appellationibus adhæsit, necnon aliis  
plurimis Regni facultatibus & univer-  
sitatibus, capitulis, pastoribus, congre-  
gationibus, collegiis & innumeris e Clero  
viris

Sæc. XVIII. viris scientia & pietate conspicuis, qui  
 A. C. 1719. pariter aut proprio nomine a dicta Con-  
 stitutione appellarunt, aut prædictis Ap-  
 pellationibus adhæserunt, non potue-  
 runt deputati vestri non idem sentire  
 de isto decreto ac de præcedenti.

Sed magis adhuc commovit depu-  
 tatos vestros instrumentum, cui titulus:  
 S. D. N. D. Clementis Divina providen-  
 tia Papæ XI. literæ ad universos Chri-  
 stifideles datæ adversus eos, qui Consti-  
 tutioni Sanctitatis suæ, quæ incipit *Uni-  
 genitus* Dei filius debitam obedientiam  
 præstare hactenus recularunt aut in po-  
 steriorum recusaverint datum Romæ 5.  
 Kal. Septembr. & publicatum & affixum  
 die 8. Septembris, quibus in literis  
 omni forma & auctoritate destitutis om-  
 nes Episcopos, qui dictæ Constitutioni  
 non acquieverunt a sua communione  
 removet summus Pontifex his verbis.  
*Noverint - - - illos a Nobis tanquam a  
 nostra & ejusdem S. Romanæ Ecclesiæ cha-  
 ritate prorsus segregatos haberi nullamque  
 proinde nobis & ipsi S. Romanæ Ecclesiæ  
 deinceps cum illis communionem Ecclesiasti-  
 cam extitutam, eosque nisi respuerint, a  
 communis societatis charitate prorsus alie-  
 nos habere.*

Quas literas non potuerunt deputati,  
 vestri sine intimo doloris sensu perlegere,  
 cum ex earum lectioneprehenderint.

I. San-

I. Sanctissimos Episcopos Regni Gal-  
 liae contra jus omne antiquum & no-  
 vum inauditos in prima instantia a sum-  
 mo Pontifice proscribi, cum juxta leges  
 Ecclesiasticas, quas sedulo retinuit Ec-  
 clesia Gallicana, quæque Principum  
 nostrorum placitis & senatum consul-  
 tis sæpe sæpius repetitæ & vindicatæ  
 sunt, judicium Episcoporum in prima  
 saltem instantia pertineat ad concilium  
 provinciæ, & si ab eo Appellatio inter-  
 cedat, novo jure, non Romæ, sed in  
 Provincia per delegatos Episcopos ju-  
 dicandi sint juxta formam in canoni-  
 bus præscriptam.

Non potuit ergo summus Pontifex  
 sua auctoritate propria Episcopos  
 Gallicos aliosque, qui Constitutionem  
*Unigenitus* acceptare renuerunt, aut  
 ab illa appellavere, a consortio suo &  
 a charitate Christiana remove, quod  
 judicium est omnium judiciorum gra-  
 vissimum, nec ferri potest, nisi post-  
 quam juridice constitit de culpa, nam  
 pœna, præsertim excommunicationis,  
 inferri non potest, nisi post judicium  
 canonicè latum.

II. Juxta Canonicas sanctiones Ap-  
 pellationes interjectæ ad tribunal supe-  
 rius ligant manus inferioris judicis,  
 cum ergo ex decretis conciliorum ge-  
 neralium Constantiensis & Basileensis

*Hist. Eccles. Tom. LXX.* B con-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Sæc. XVIII. A. C. 1719. constet, appellari posse a Pontifice ad concilium generale, eaque consuetudo in Ecclesia Gallicana, aliisque semper obtinuerit ac antiquorum canonum, & veteris etiam Ecclesiæ usu nitatur, non potuit post Appellationem interjectam a quatuor Episcopis, sacra Facultate, aliisque Romanus Pontifex adversus ipsos quidquam decernere.

Illud vero deputatos vestros in illo instrumento maxime affecit, quod Appellationes ad futurum concilium generale tanquam rem a S. Romana Ecclesia palam atque perpetuo damnandam atque execrandam definierit in illis literis Clemens XI. necnon postulationem Episcoporum declarationes circa Constitutionem a S. Pontifice humiliter flagitantium velut grandem culpam & gravissimam Sedi Apostolicæ illatam injuriam rejecerit. Quo quidem judicio, si alicujus firmitatis esse potest, convellerentur fundamenta omnia disciplinæ Ecclesiasticæ, subverteretur hierarchiæ judiciorumque Ecclesiasticorum ordo, Episcoporum aliorumque prælatorum jura pessumdarentur, libertas a Christo Ecclesiæ, suisque Ministris tradita, & ab antiquis Pontificibus Romanis custodita subrueretur.

III. Literæ illæ ubique spirant ultramontanas opiniones circa summi Pontifi-

Pontificis infallibilitatem, ejus supra Sæc. XVIII.  
 concilium universale auctoritatem, ac A. C. 1719.  
 non tantum in universa Ecclesia, sed  
 in universam Ecclesiam potestatem,  
 cum omnimodam obedientiam omnibus  
 cujuscunque conditionis ac dignitatis  
 existant, imponerent, literis Pontificiis  
 præstari oportere definiant, non judi-  
 cium sed *obedientiam*, Ecclesiæ universæ  
 esse iis accedere, nec quidquam in sum-  
 mi Pontificis Decretis addi, immutari,  
 aut quocunque modo iis contraire li-  
 cere decernant.

IV. Constitutionem *Unigenitus* sup-  
 ponunt ab universa Ecclesia receptam,  
 ita enim habent: *Tota Christi Ecclesia*  
*Petrum per nos, licet indignos, loquentem*  
*secuta Apostolicam Constitutionem debito*  
*obsequio suscepit, cum tamen notorium*  
 sit instrumentis juridicis, ab ea appel-  
 latum a plurimis fuisse, multos etiam  
 ex iis, qui nondum appellarunt, eam ac-  
 ceptare noluisse, & plures ex illis, qui  
 videntur eam acceptasse, palam affir-  
 ment, se nonnisi in sensu adjectarum  
 explicationum, ei adhæsisse, ac ex ce-  
 teris, qui eam susceperunt canonico sine  
 examine & judicio, ac nonnisi ex præ-  
 concepta de infallibilitate S. Pontificis  
 opinione id eos præstitisse.

V. Magistratum sæcularium, qui  
 Regiam exercent auctoritatem, ipsius-  
 que

Sæc. XVIII. que Regis potestatem infringunt, dum  
A. C. 1719. de iis, qui tanquam ab abusu ad su-  
 premas curias appellant, dicunt ab iis  
*universum Ecclesiasticum ordinem laicis tri-  
 bunalibus, vel in ipsa Religionis causa in-  
 decore ac perperam subjici, præterea asse-  
 runt Constitutionem Unigenitus ab uni-  
 versa Ecclesia tanquam fidei Regulam  
 fuisse susceptam, cum rem aliter se ha-  
 bere, præter momenta supradicta, se-  
 natus consulta & declaratio Regia diei  
 7. Octobris Anni 1717. testentur.*

Insuper pervenerunt ad deputatos  
 vestros nonnulla Mandata, Episcopo-  
 rum nomine inscripta, in quibus sacræ  
 Facultatis honori & nomini detrahitur,  
 quæque maturo examine perpendenda  
 sunt, ut ad vos de iis referatur.

Itaque deputati vestri, lecto Brevis  
 die 18. Novembris 1716. Decreto in-  
 quisitionis die 16. Februarii 1718. &  
 literis superius memoratis, censuerunt  
 S. Facultatem necessario interponere  
 debere ab illis Appellationem ad futu-  
 rum concilium generale libere & ca-  
 nonice celebrandum, cum jam Facul-  
 tas appellaverit ad concilium a Consti-  
 tutione *Unigenitus* Decreto suo dato die  
 5. Martii 1717. quam Appellationem  
 renovavit & confirmavit die 16. Se-  
 ptembris anni decurrentis, simulque ab  
 omnibus gravaminibus a quocunque il-  
 latis

latis vel inferendis ob non acceptatam Sæc. XVIII.  
 Constitutionem, inter quæ gravamina A. C. 1719.  
 subsecuta præcipuum tenent locum Bre-  
 ve & Decretum superius enuntiata ac su-  
 pradictæ literæ Clementis XI. quæ in-  
 strumenta, licet post Appellationem  
 sacræ Facultatis nihil roboris habeant,  
 sintque etiam ipso jure nulla & irrita,  
 attamen speciatim & ex abundantia ab  
 ipsis appellandum esse a sacro ordine  
 censuerunt ad concilium generale, con-  
 firmando & renovando appellationem  
 suam a Constitutione *Unigenitus*.

Quia vero in Brevis, decreto & li-  
 teris supradictis continentur multa, quæ  
 adversantur sacræ Facultatis juribus,  
 per Regum edicta, literas patentes &  
 senatus consulta confirmatis, idem de-  
 putati censuerunt etiam de iis brevibus  
 & literis interjiciendam esse appella-  
 tionem ab abusu ad supremam senatus  
 Parisiensis curiam, atque ab ea ut di-  
 ctum est, actum petendum supradictæ  
 declarationis circa juramentum, quod  
 præstant candidati, Baccalaurei, & Li-  
 centiati initio suorum actuum.

Atque eo lubentius in hanc senten-  
 tiam descenderunt deputati vestri, quod  
 viderint & legerint senatus consultum  
 datum die 3. hujus Mensis, quo admissa  
 Appellatione ab abusu suprimuntur li-  
 teræ supradictæ Clementis XI. summi

Sæc. XVIII. Pontificis juxta requisitionem illustri-  
A. C. 1719. fimi Procuratoris Catholici, qui ele-  
 ganter ac fortiter pro suo more pero-  
 ravit. Facultatis, Episcoporum, Ecclesiæ  
 Gallicanæ, Regis ac Regni jura strenue  
 defendit, item legerint instrumentum  
 Appellationis Eminentissimi Cardinalis  
 Noailii Archiepiscopi Parisiensis, qua  
 ad concilium futurum generale provo-  
 cat & ab supradietis literis & a De-  
 creto inquisitionis die 16. Febr. anni  
 decurrentis, cui etiam Eminentiss. Car-  
 dinalis Appellationi a S. Facultate ad-  
 hærendum esse deputati vestri censue-  
 runt. „

Ceterum huic Conclusioni nonnisi  
 septendecim Doctores, atque inter eos  
 etiam Dupinus subscripti leguntur: et si  
 centum & unus interessent moxque ad  
 initium P. Mercierus Franciscanus, Vi-  
 vantius veteranus Parochus, & Magi-  
 ster Drouinus hanc appellationem esse  
 damnandam, palam propugnarent, &  
 relecta Facultatis deliberatione Corne-  
 liani Gymnasii Præfectus, aliique Do-  
 ctiores sese opponerent.

§. III.

*Hæc acta in tabulas relata typisque  
 vulgata.*

Reci-

Recitatis ac missis in deliberationem Sæc. XVIII.  
 præfatis instrumentis, lectaque con- A. C. 1719.  
 clusione sententiæ Deputatorum Syn-  
 dicus a S. Ordine postulavit. I. Ut Acta Facul.  
 hæc sententia ab omnibus approbare- pag. 449.  
 tur. II. Ut nominarentur, deputati, qui  
 sacrae Facultatis nomine adirent Eminentissimum Cardinalem Noailium hujus Urbis Archiepiscopum, ipsi gratulaturi de ea animi fortitudine atque constantia, qua pergit sanam de eorum, quos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, de sanctissimis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, de Regum nostrorum atque Regni juribus, & Facultatum Theologicarum doctrinam tueri.

Tertium fuit, ut quoniam jam conclusione lata die 26. Mensis Septembris voluit sacer ordo deputatos, quos nominavit, in id incumbere, ut Appellatio ad proximum futurum concilium legitime congregandum & celebrandum inscriberetur in scriniis supremæ curiæ Parliamenti, velit in præsentiarum jubere, ut iidem deputati, ubi tempus opportunum sese dederit, adeant illustrissimum amplissimi senatus Principem, integerrimum Procuratorem Catholicum, aliosque viros senatoria dignitate donatos, postulaturi ab ipsis, ut gratos habeant omnes actus supradictos sacrae

Sæc. XVIII  
A. C. 1718  
Facultatis, & auctoritate sua decernant, ut in scriniis supremæ curiæ inscribantur Appellationes sacri Ordinis ad concilium generale, eidem sacro ordini velint dare actum sensus, secundum quem intelligi debeat Juramentum circa Romanorum Pontificum decreta, quod emitti solet a Candidatis, Baccalaureis & Licentiatis, rogentque illos omnes, ut pro solita sua in sacrum ordinem Benevolentia atque æquitate, eum hac in parte eadem protectione honestent, atque tutentur, qua in aliis occasionibus semper honestarunt atque tutati sunt.

Quartum postulatum fuit, ut sacer ordo suis deputatis copiam faciat publicæ luci tradendi quæcunque hucusque gesta sunt a sacra Facultate in negotio harum Appellationum, & illorum omnium exemplaria honorifico comitatu deferantur ad Regem Christianissimum, Augustissimum Regni moderatorem, Serenissimos Principes, supremos Magistratus, primarios cujuscunque Ordinis viros, & transmittantur etiam ad omnes facultates & Academias, sicut & ad omnes Proto-Præsides, Procuratores, & Advocatos Catholicos hujus Regni.

De quibus capitibus in deliberationem missis ab honorando Magistro Chaudiere

diere Decano & comitorum præside, Sac. XVIII.  
cum centum & decem Magistri sententiam dixissent, sic conclusum est. A. C. 1719.

I. Sacra Facultas ratam gratamque habet in omnibus sententiam D.D. Deputatorum ab ipsis subsignatam die sexta Mensis decurrentis, idque unanimiti suffragio omnium magistrorum, uno excepto M. Drouyn in suprema parlamenti curia Senatore.

II. Nominat deputatos jam nominatos die 26. Septembris, qui suo nomine adeant Eminentissimum Cardinalem Noaillium Parisiensem Archiepiscopum ipsi gratulaturi de animi fortitudine ac constantia, qua pergit sanam doctrinam, sanctissimas Ecclesiæ Gallicanæ libertates, jura Regni, Episcoporum ac facultatum Theologicarum tueri.

III. Statuit ut deputati supradicti in id incumbant, ut Appellationes sacre Facultatis ad futurum concilium legitime congregandum ac celebrandum inscribantur in scriniis supremæ parlamenti curiæ, ac nomine sacri Ordinis adeant illustrissimum senatus amplissimi Proto - præsidem, integerrimum Procuratorem Catholicum, aliosque viros senatoria auctoritate donatos, postulaturi, ut detur facultati actus declarationis suæ, juramentum quod initio

Sæc. XVIII. A. C. 1719 actuum Candidatorum, Baccalaureorum & Licentiatorum præstari solet circa decreta Pontificia, de iis tantum Decretis intelligi, quæ ab Ecclesia universali Canonico judicio suscepta sunt, secundum leges Ecclesiæ promulgata & in Galliis recepta juxta Canonicas sanctiones & Regum placita, a supremis senatibus recognita & inscripta, utque velint supremi illi Magistratus pro sua in sacrum ordinem Benevolentia atque æquitate illum hac in parte protectione sua honestare atque tutari.

IV. Deputatis potestatem facit quæcunque a sacro ordine in hoc Appellationum negotio gesta sunt, publicæ luci tradendi, & illorum exemplaria honorifico comitatu deferendi ad Regem Christianissimum, Augustissimum Regni Moderatorem, Serenissimos Principes, supremos Magistratus, & Primarios cujusque Ordinis viros, atque ut eorundem deputatorum opera ad omnes Facultates Theologicas & Academies, necnon ad supremos senatuum Præsides virosque Regios transmittantur.

§. IV.

*Literæ Appellationis ad Concilium  
Generale a Facultatis Doctoribus interjectæ.*

His

His peractis legebatur solemne instrumentum die decima octava Octobris signatum appellationis Concilium ad Generale interjectæ, hujus tenoris: Sacra Facultas *Universis Christi fidelibus inspecturis salutem in Domino apprecatur.* Ita nempe pauci hi Doctores dictatorium vel omnino Pontificium morem affectabant: Præmisso hoc titulo sic enuntiabant: „Noverint „universi Sacram Facultatem Theologiæ „Parisiensis a Constitutione SS. DD. „Clementis Papæ XI. quæ incipit: *Unigenitus* data Romæ sexto Idus Septembris Anni 1713. appellasse conclusionem suam lata die 5. Martii 1717. ad Concilium Generale libere & canonicè celebrandum, & ab omnibus inde secutis aut secuturis, necnon a gravaminibus seu illatis seu inferendis, a SS. DD. N. Papa Clemente XI. sua aut alia quacunque auctoritate, eodem decreto statuisse, paratam se esse nomine suo ubicunque & quodocunque opus fuerit ad prosecutionem hujus Appellationis coram concilio generali libere ac legitime congregando, & apud quem vel quos pertinere poterit eam Appellationem proseguere, quæ conclusio pluries jam a sacro ordine confirmata, speciatim innovata atque confirmata fuit conclusione lata in comitiis generalibus ejusdem Facultatis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Acta publ.*  
*Const. p. 451.*

„cultas

Sæc. XVIII., „cultatis in Aula Majori Collegii Sor-  
 A. C. 1719 „bonæ habitis die 16. Septembris An-  
 „ni 1718. & confirmata in congrega-  
 „tione generali ejusdem Facultatis ibi-  
 „dem habita die 27. ejusdem Mensis  
 „& anni.

„Quibus quidem instrumentis se-  
 „cundum leges latis & in publicum  
 „emissis, cum constet post Appellatio-  
 „nem illam a sacra facultate Theolo-  
 „giæ Parisiensi institutam quidquid in  
 „ejus præjudicium vel ante, vel dein-  
 „ceps a quocunque factum fuit vel at-  
 „tentatum sive occasione non acceptatæ  
 „dictæ Constitutionis, sive occasione  
 „prædictæ Appellationis interjectæ,  
 „nullius esse roboris, quin & quod post  
 „illam appellationem, datum est, esse  
 „plane nullum, quia tamen illa plura,  
 „quæ a data Constitutione *Unigenitus*  
 „scripta circumferuntur, tria sunt sacræ  
 „Facultati maxime injuriosa, illa a se  
 „silentio prætermitti non posse judica-  
 „vit S. Ordo.

„Scriptorum illorum primum est,  
 „Breve datum Romæ die 15. Novem-  
 „bris 1716. quo privilegia sacræ Facul-  
 „tati a summis Pontificibus indulta ad  
 „nutum sanctitatis suæ suspenduntur.

„Secundum est decretum inquisitio-  
 „nis Romæ datum die 16. Februarii 1718.  
 „quo instrumentum Appellationis il-  
 „lustri-

„Iustissimorum quatuor Episcoporum Sæc. XVIII.  
 „subiunctis conclusionibus S. Facultatis A. C. 1719.  
 „Theologiæ Parisiensis die 5. Martii  
 „1717. S. Facultatis Theologiæ Re-  
 „mensis die 8. S. Facultatis Theologiæ  
 „Nannetensis die 10. ejusdem Mensis  
 „& anni damnantur, tanquam conti-  
 „neant *propositiones falsas, scandalosas,*  
*temerarias, summo Pontifici contumeliosas*  
*schismaticas, ac insuper hæreticas.* Et in-  
 „strumentum Appellationis, ab Emi-  
 „nentissimo Cardinale Noaillo Archi-  
 „episcopo Parisiensi interjectæ die 3.  
 „Aprilis 1717. ut continens *propositio-*  
*nes falsas, temerarias, scandalosas, in-*  
*juriosas summo Pontifici, erroneas, schis-*  
*maticas, & hæresi proximas.*  
 „Tertium sunt literæ nomine SS.  
 „DD. N. Clementis Papæ XI. inscriptæ  
 „ad universos *Christifideles, adversus eos,*  
 „qui *prædictæ Constitutioni Unigenitus de-*  
 „bitam obedientiam præstare hætenus recu-  
 „saverunt, vel in posterum recusaverint, datæ  
 „Romæ 5. Cal. Sept. Anno 1718. & pu-  
 „blicatæ die 8. Sept. ejusdem anni,  
 „quibus literis & Breve & Decretum  
 „supradictum confirmantur, unde S. Fa-  
 „cultas conclusione lata in comitiis ge-  
 „neralibus die 8. Octobris Anni 1718. &  
 „confirmata die 10. ejusdem Mensis cen-  
 „suit renovando Appellationem suam  
 „jam interjectam a Constitutione Uni-  
 „geni-

Sæc. XVIII. „genitus ad concilium generale legitime  
 A. C. 1719 „& libere congregandum, insuper &  
 „exabundanti sibi quoque esse ab dictis  
 „tribus prætensis decretis aut literis  
 „ad dictum concilium generale provo-  
 „candum, & tenore præsentium præ-  
 „dicta S. Facultas Parisiensis Theo-  
 „logiæ innovat & confirmat appellatio-  
 „nem a se interjectam die 5. Martii 1717.  
 „& confirmatam die 26 Novembris 1718.  
 „a Constitutione *Unigenitus* ad Conci-  
 „lium generale legitime ac libere con-  
 „gregandum & Canonice celebrandum  
 „& insuper atque ex abundantanti pro-  
 „prio etiam nomine suo provocat ad  
 „idem Concilium generale tam a dicta  
 „Constitutione *Unigenitus*, quam a su-  
 „pradiçtis scriptis Brevi scilicet dato  
 „die 18. Novembr. 1716. Decreto in-  
 „quisitionis dato die 16. Febr. 1718. &  
 „literis Clementis XI. datis 5. Calendos  
 „Septembris 1718. & publicatis die  
 „8. Septemb. ejusdem anni.

„Sacra Facultas non sine intimo  
 „doloris sensu intellexit, ex quo in lu-  
 „cem prodiit Constitutio *Unigenitus*, ex  
 „ea illico innumera in Ecclesia exorta  
 „esse scandala, cum inde infensissimi  
 „Ecclesiæ hostes uberem illius ca-  
 „lumniandæ ansam arripuerint, plures  
 „ad Catholicam fidem reversi & ab  
 „illa desciverint, multi novitatum &  
 „cor-

„corruptelarum patroni antiquam Eccle- Sæc. XVIII.  
 „siæ doctrinam impetierint, & sanctio- A.C. 1719.  
 „res morum regulas pervertere tenta-  
 „verint, alii Ultramontanis commen-  
 „tis indulgentes (\*) data divinitus Ec-  
 „clesiarum jura, sanctas illarum liber-  
 „tates impugnaverint, in venerandam  
 „antistitum omnium, *quos Spiritus san-*  
 „*ctus posuit Episcopos regere Dei Ecclesiam,*  
 „auctoritatem, in S. Theologiæ faculta-  
 „tes & Universitates & sancta quæ-  
 „que doctorum ac piorum hominum  
 „Collegia insurrexerint.

„Hæc omnia statim, a publicatione  
 „Constitutionis *Unigenitus* pullulaverunt  
 „scandala, quibus ut occurreretur quot  
 „modis & ab illustrissimis Episcopis, &  
 „ab orthodoxis Theologorum Gallorum  
 „scholis tentatum est? verum plagam  
 „illam nullo nisi ultimo remedio cu-  
 „rari posse satis docuerunt, quæ & in  
 „Regno & in Ecclesia subsecuta sunt,  
 „Episcoporum nempe variæ inter se sen-  
 „tentix, non convenientia mandata,  
 „pastorum aliorumque e Clero & Re-  
 „ligio-

(\*) Ex Ultramontanis sententiis nunquam  
 schisma nec hæresis orta est, oppositæ autem  
 sententiæ in ipso schismate fuerunt proge-  
 nitæ, & ad fovendam schisma, & Pontificis  
 contemptum, & Sedi Apostolicæ intentatam  
 rebellionem fideliter semper in usum deductæ.

Sæc. XVIII. „ligiosis ordinibus querelæ, fidelium  
 A. C. 1719. „Christianam, qua imbuti fuerant in illa  
 „Constitutione doctrinam non agno-  
 „scantium anxietates, universarum de-  
 „nique fere Ecclesiarum commotio ac  
 „propemodum perturbatio.

„Silebat sacer ordo pro sua in san-  
 „ctam Sedem & SS. DD. Clementem  
 „filiali observantia ac reverentia, spe-  
 „rabat fore, ut Sanctitas sua tantis ma-  
 „lis commota prædictam tandem Con-  
 „stitutionem revocaret. Verum post diu-  
 „turnam expectationem ex pluribus re-  
 „scriptis Roma allatis intellexit, sum-  
 „mum Pontificem pravis quorundam  
 „hominum artibus adductum, ut dictæ  
 „Constitutioni suæ nulla etiam data ex-  
 „positione *omnimodam* vellet *obedientiam*  
 „præstari. Hinc coacta est sacra Fa-  
 „cultas vestigiis Majorum insistens ad  
 „salutare Appellationis remedium re-  
 „currere, quod amplexi sunt Eminen-  
 „tissimus Cardinalis Noaillius Archi-  
 „episcopus Parisiensis, complures Epi-  
 „scopi, celebriores Theologiæ Faculta-  
 „tes & universitates, viri innumeri in  
 „dignitatibus Ecclesiasticis constituti,  
 „& numerosæ sacerdotum tam sæcula-  
 „rium quam Regularium sanctissimæ  
 „doctissimæque familiæ. Ut autem om-  
 „nibus innotescat, quam gravibus de  
 „caussis S. Facultas Appellationem  
 „inter-

„interposuerit a Constitutione *Unigeni-* Sæc. XVIII.  
 „tus ad concilium generale, commemo- A. C. 1719.  
 „randa sunt præcipua momentorum ca-  
 „pita, quæ ipsam ad hanc appellatio-  
 „nem interjiciendam impulerunt.

„Primo, in dicta Constitutione *Uni-*  
*genitus* propositiones centum & una  
 „damnantur tanquam *falsæ, captiosæ,*  
*male sonantes, piarum aurium offensivæ,*  
*scandalosæ, perniciosæ, temerariæ, Ec-*  
*clesiæ & ejus praxi injuriosæ neque in Ec-*  
*clesiam solum, sed etiam in potestates sæculi*  
*contumeliosæ, seditiosæ, impicæ, blasphemæ,*  
*suspectæ de hæresi, ac hæresim sapientes,*  
*necnon hæreticis, hæresibus, & etiam schis-*  
*mati faventes, erroneæ, hæresi proximæ,*  
*pluries damnatæ ac demum etiam hæreticæ*  
*respective,* qua clausula nulla peculiaris  
 „unicuique istarum propositionum affi-  
 „gitur nota, sed omnes promiscue dam-  
 „nantur, quod periculosam, imo & im-  
 „possibilem reddit sanam illius Constitu-  
 „tionis intelligentiam atque expositio-  
 „nem. „

„Secundo quisquis eas omnes pro-  
 „positiones damnatas maturo examine  
 „discusserit, plerasque ipsarum ex pro-  
 „priis sacrarum literarum oraculis, ex  
 „selectioribus commendatissimorum Ec-  
 „clesiæ conciliorum, aut patrum dictis,  
 „& ex purioribus graviorum Theo-  
 „logorum & sanctiorum verbi divini  
*Hist. Eccles. Tom. LXX. C* „præ-

**Sæc. XVIII.** „prædicatorum sententiis concinnatas  
**A. C. 1719.** „esse deprehendet, intelligetque illas  
 „non posse damnari, quin eadem con-  
 „tinuo Censura auctoribus sacris, con-  
 „ciliisque, sanctis patribus & certissi-  
 „mis traditionis vindicibus & custodibus  
 „inuratur, firmioraque fidei & pieta-  
 „tis fundamenta convellantur.

„In ea quippe Constitutione dam-  
 „nantur propositiones, quæ genuinam  
 „sacrorum de pœnitentia canonum men-  
 „tem spirant, puriores summorum Pon-  
 „tificum, Cleri Gallicani, & sanctissi-  
 „morum Præsulum de moribus defini-  
 „tiones repræsentant, quales sunt 87.  
 „88. & aliæ.

„; Damnantur etiam dicta Constitu-  
 „tione quamplurimæ propositiones,  
 „quæ perpetuam Ecclesiæ doctrinam  
 „continent, cum circa timoris insuffi-  
 „cientiam ad excludendum omnem af-  
 „fectum erga peccatum, veramque ju-  
 „stitiam obtinendam tum circa necessi-  
 „tatem caritatis seu amoris Dei ut pri-  
 „mum legis divinæ præceptum, re-  
 „ligiose servetur, singuli ad Deum tan-  
 „quam finem ultimum actus referan-  
 „tur, sincera morum conversio, vera-  
 „que peccatoris cum Deo in sacramento  
 „pœnitentiæ reconciliatio habeatur,  
 „ut videre licet a propositione 44. ad 67.

„Notan-

„Notantur pariter, quæ utriusque Sæc. XVIII.  
 „testamenti discrimen tam accurate ex- A. C. 1719.  
 „primunt & ipsas doctoris gentium vo-  
 „ces & sententias complectuntur.

„Illæ etiam quæ ex Beati Pauli ora-  
 „culis, sancti Augustini & sancti Thomæ  
 „placitis & ipsis sæpissime eorum ver-  
 „bis concinnatæ sunt circa infallibilem  
 „omnipotentis Dei voluntatis effectum  
 „& indeclinabilem gratiæ efficacis vir-  
 „tutem reprobantur, quo & sacris lite-  
 „ris derogatur, & doctrinæ sancti Au-  
 „gustini & Beati Thomæ, quorum tu-  
 „tissima esse & inconcussa dogmata sum-  
 „mi Pontifices pronuntiaverunt.

„Quin & vigesima septima propo-  
 „sitione, in qua de fide agitur ipsa est Con-  
 „cilii Tridentini doctrina Sessione VI.  
 „cap. 8.

„Propositiones quoque 79. 80. 81.  
 „82. 83. 84. 85. & 86. quibus juxta  
 „institutum Christi, Apostolorum, Con-  
 „ciliorum, & sanctorum Patrum præ-  
 „ceptum universis Christianis librorum  
 „sacrorum lectio commendatur, cum  
 „gravissima fidelium omnium offensione  
 „notantur.

„Tertio inter Propositiones dicta  
 „Constitutione damnatas sacra facul-  
 „tas deprehendit etiam nonnullas esse,  
 „ex quarum damnatione labefactantur  
 „fundamenta Hierarchiæ Ecclesiasticæ,

Sæc. XVIII. „sacrosancta Episcoporum jura, liber-  
 A. C. 1719. „tates Ecclesiæ Gallicanæ, Regni tran-  
 „quillitas, Regum securitas & supre-  
 „ma potestas, avita S. Facultatis do-  
 „ctrina, qua claves non soli Petro sed  
 „Ecclesiæ concessas decernitur, quod  
 „dogma damnatione Propositionum 90.  
 „91. 92. subruitur, ut in ejus locum  
 „uni Romano Pontifici clavium exer-  
 „cendorum jus, potestas, & exercitium  
 „tribuatur, quod ex Brevis dato die  
 „17. Martii 1714. ad Cardinales & Epi-  
 „scopos Parisiis congregatos satis intel-  
 „ligitur, in eo enim ob moram tempo-  
 „ris intermissam ab Episcopis Gallicanis  
 „(ut scilicet interim Constitutionem ma-  
 „turius expenderent, & de propositio-  
 „nibus in ea damnatis judicium fer-  
 „rent) conqueritur Clemens XI. *sibi mo-  
 lestum accidisse, quod rationabilis obsequii  
 sui erga prædictam Constitutionem præcla-  
 rum adeo testimonium longius, quam par  
 erat, protraheret, quam moram ab Epi-  
 scopis Gallicanis data opera factam  
 ut in pluribus congregationibus dictam  
 Constitutionem examinarent, & de  
 Propositionibus in ea damnatis judi-  
 cium ferrent, vertit Clemens XI. ad  
 unicum cunctationem œconomix caus-  
 sa interpositam, passimque ingerit:  
 (quod ante dixerat in Brevis dato Anno  
 1706. de Episcopis) venerari & exequi  
 discant,*

discant, non discutere aut judicare præsumant & solam executionem dictæ Constitutionis Episcopis, commissam esse, atque ita Episcopis quibus potestas judicandi in causis ad fidem & mores pertinentibus a Christo tradita est, solum exequendi decreta Romani Pontificis ministerium relinquitur.

His atque aliis de causis, quas parati sumus tempore & loco debitis fusius exponere, nos memores sacramenti, quod ad aras Martyrum præstitimus *veritatem nos usque ad effusionem sanguinis defensores* (præmissis expresse protestationibus quod nihil unquam dicere atque etiam sentire intendimus, contra unam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam & Romanam Ecclesiam sanctæque Sedis Apostolicæ auctoritatem, cui ad extremum usque spiritum indivulsa communione adhæseros non esse profiteamur, quodque a debita SS. DD. N. Papæ legitima reverentia nusquam sumus discessuri) ad laudem Dei omnipotentis, Catholicæ fidei confirmationem, exaltationem antiquæ & avitæ doctrinæ nostræ conservationem, pacem & securitatem Ecclesiæ & Regni, defensionem jurium Episcopaliū & SS. Liberatum Ecclesiæ Gallicanæ, a prædicta Clementis Papæ XI. Constitutione, quæ

C 3

„inci-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Sæc. XVIII. „incipit: *Unigeuitus* data die 8. Sept.  
 A. C. 1719. „1713. provocamus & Appellamus, sicut

„antea provocavimus, & appellavimus  
 „ad futurum concilium generale legiti-  
 „me & canonice in tuto loco congregan-  
 „dum & libere celebrandum, ad quod  
 „nos libere, ut moris conciliorum ha-  
 „ctenus fuit, accedere & sententiam  
 „nostram proferre ac tueri possimus.

„Nec non etiam sacræ Facultati ne-  
 „cessitas incumbit appellandi a Brevi  
 „dato die 18. Novem. 1716. sicut a De-  
 „creto inquisitionis dato 16. Febr. 1718.  
 „& a literis simul Pontificiis datis 5.  
 „Calendas Sept. ejusdem anni.

„Quamquam enim hæc scripta nul-  
 „lius sint roboris & irrita utpote quæ  
 „partim profecta sint a tribunali, cujus  
 „nulla apud nos est penitus auctoritas,  
 „partim post institutam appellationem  
 „data & cuncta requisitis juxta leges  
 „nostras, juris formulis destituta, nec  
 „Regiis placitis auctoritate supremæ  
 „curiæ recognitis munita, ab illis tamen  
 „ad futurum concilium generale pro-  
 „vocat sacer ordo.

„Et primo quidem a Brevi dato  
 „die 18. Novem. 1716. quo privilegia  
 „sacræ Facultati a summis Pontificibus  
 „ut prætenditur, indulta, ad suæ sancti-  
 „tatis libitum suspenduntur, quia in  
 „eo sacer ordo probriis oneratur, nec  
 „so-

„solum jura sacræ Facultatis lædantur, Sæc. XVIII.  
 „sed & Regni, cum sacra Facultas nec A.C. 1719.  
 „Pontificibus instituta sit, sed a Regi-  
 „bus, nec sua privilegia a Pontificum  
 „Bullis mutuetur, sed a Regis auctori-  
 „tate conspirantibus universis Regni or-  
 „dinibus, & quæ a Pontificibus privi-  
 „legia habet, ea ad nutum Romani  
 „Pontificis revocari non possunt, cum  
 „& conciliorum generalium comproba-  
 „tione & Regum ac legum Regni & Ec-  
 „clesiæ Gallicanæ assensu roborata sint.

„Secundo Decretum inquisitionis  
 „datum die 16. Febr. 1718. ad nos qui-  
 „dem qui hujusmodi tribunal non agno-  
 „scimus, nihil attinet, quia tamen in eo  
 „proscribuntur instrumenta Appellatio-  
 „num ab Eminentissimo Cardinale Noail-  
 „lio Archiepiscopo Parisiensi & ab  
 „illustrissimis Episcopis a Constitutione  
 „*Unigenitus* interjectam, quibus adhæ-  
 „simus, & præterea jus appellandi ad  
 „concilium generale damnatur & uni-  
 „versalis Ecclesiæ authoritati deroga-  
 „tur, nos in quantum opus esse posset,  
 „& nulla aliunde habita prædicti tri-  
 „bunalis ratione ab eo decreto ad fu-  
 „turum generale concilium appella-  
 „mus.

„Tertio, literæ, quæ circumferun-  
 „tur sub nomine Clementis XI. datæ  
 „die 5. Septemb. 1718. & publicatæ

C 4 die

Sæc. XVIII. „die 8. Sept. ejusdem anni, præter-  
 A. C. 1719. „quam quod omni forma judiciaria de-  
 „stitutæ sunt, antiquis canonibus, juri  
 „canonico, perpetuæ Ecclesiæ praxi  
 „ac legibus nostris circa fidei & Epi-  
 „scoporum causas adversantur.

„Datæ sunt in præjudicium appel-  
 „lationum ad concilium generale inter-  
 „jectarum, post quas Romanus Ponti-  
 „fex nullum poterat amplius in causa  
 „Constitutionis ferre judicium, quin  
 „& appellationes ad concilium genera-  
 „leo, quæ conciliorum generalium defi-  
 „nitionibus nituntur, damnandas &  
 „execrandas pronunciant, postulatio-  
 „nem eorum Episcoporum, qui decla-  
 „rationes petierunt, tanquam Sedi  
 „Apostolicæ injuriosam rejiciunt, Ro-  
 „mani Pontificis in definiendis fidei  
 „disciplinæ & morum quæstionibus in-  
 „fallibilitatem passim astruunt, Episco-  
 „pis e contra de iis judicandi omnem  
 „autoritatem adimunt, Regiæ Majestati  
 „& Magistratibus potestatem a Deo da-  
 „tam impugnant, sacrarum Theologiæ  
 „facultatum & universitatum honori ac  
 „juribus derogant, a prædictis etiam  
 „literis ad concilium generale provo-  
 „camus.

„His igitur aliisque de causis, quas  
 „fusius in concilio generali & ubicum-  
 „que opus fuerit, exponemus, ad dictum  
 „futu-

„futurum concilium generale legiti- Sæc. XVIII.  
 „time & canonice convocandum & A. C. 1719.  
 „libere ac in tuto loco celebrandum  
 „per has præsentis literas provoca-  
 „mus & appellamus tam pro nobis sacræ  
 „Facultatis Parisiensis Magistris, quam  
 „pro omnibus nobis adhærentibus vel  
 „adhæsuris a dicta Constitutione SS.  
 „DD. N. Clementis XI. quæ incipit *Uni-*  
 „*genitus* data Romæ die 8. Sept. 1713.  
 „& in quantum necesse foret atque ex  
 „abundanti a Brevi dato Romæ die  
 „18. Novem. 1716. a Decreto inquisi-  
 „tionis dato die 16. Febr. 1718. & a lite-  
 „ris Clementis XI. datis Romæ 5. Cal.  
 „Sept. 1718. & publicatis die 8. Sept.  
 „ejusdem anni & ab omnibus inde se-  
 „cutis vel secuturis & a gravaminibus  
 „illatis vel inferendis Pontificia aut  
 „alia quacunque auctoritate, nos &  
 „nobis adhærentes protectioni Dei om-  
 „nipotentis & SS. universalis Ecclesiæ  
 „& concilii generalis tutelæ commen-  
 „dantes, unde si quis quacunque digni-  
 „tate polleat, nos aut nobis adhærentes  
 „excommunicare, suspendere, interdi-  
 „cere, deponere, beneficiis Ecclesia-  
 „sticis privare, aut alio quolibet modo  
 „gravare ea de causa præsumperit, ea  
 „omnia & singula pro nullis & irritis,  
 „ut juris est, habebimus.,

Sæc. XVIII. Hæc acta fuere in comitiis, quæ  
 A. C. 1719 hi Doctores refractarii generalia appel-  
 labant, in Aula majore Collegii Sor-  
 bonæ die decima octava Octobris anno  
 hujus sæculi decimo octavo.

Huic Conclusioni centum viginti  
 quinque Theologiæ Doctores subscripti  
 erant, atque inter eos etiam Mirapi-  
 censis. Montispeffulanus & Boloniensis  
 Episcopi, ex his ipsis vero Sorbonæ Do-  
 ctoribus quamplurimi non nisi ex metu,  
 reverentia, humanisque rationibus ad-  
 ducti sua nomina apposuerunt, unde pau-  
 lopost Religionis & veritatis prodita  
 stimulo exagitati, sua revocarunt suf-  
 fragia, ut mox videbimus.

## §. V.

*Plurimorum Doctorum oppositio con-  
 tra factam Facultatis appella-  
 tionem.*

*Argentre  
 Coll. Jud.  
 tom. 3. p. 168.  
 Acta &  
 Decreta Fa-  
 cult. Paris.  
 pag. 82.*

Tam violenta, præceps, & tumul-  
 tuaria erat hæc furentium Docto-  
 rum deliberatio, ut rapida hæc celeri-  
 tas Doctorum potissimis nec modum,  
 nec consilium, nec oculos relinquere  
 videretur: sedato autem primo rebel-  
 landi æstu, dissipatoque metu plusquam  
 quingenti S. Facultatis Doctores in se  
 reversi, gravem sibi conscientiæ neces-  
 sitatem incumbere censebant, ut quid  
 de

de ipsa Constitutione, necnon de huc-  
 usque contra eam attentatis sentiant,  
 palam facerent, eapropter Serenissimo  
 Regni Administro ob oculos ponere  
 statuerunt, quod Parisinæ Facultatis  
 Theologicæ potissimi Doctores huic ap-  
 pellationi adeo non accedant, ut tam  
 nefario potius ausui totis viribus sese  
 opponant. Ea de causa hæc literas  
 a quingentis & amplius Theologiæ Ma-  
 gistris subscriptas die vigesima nona  
 Octobris Serenissimo Regenti obtule-  
 runt. „Cum contingat aliquando of-  
 „ferre sese quasdam temporum circum-  
 „stantias, in quibus filere nihil aliud  
 „foret, quam deesse veritati, eosque  
 „idcirco Deus vehementer arguat, qui  
 „muti latrare non valent, ubi officii  
 „ratio exigit, ut loquantur, ne tantum  
 „in nos opprobrium cadat: Nos infra  
 „scripti S. Facultatis Parisiensis Do-  
 „ctores Theologi, attendentes spargi  
 „nunc in publicum nomine ejusdem  
 „S. Facultatis Parisiensis adversus Con-  
 „stitutionem *Unigenitus*, decreta, nomi-  
 „natim vero certam quamdam conclu-  
 „sionem die 26. Septembris 1718. latam,  
 „atque inde credi facile per orbem posse  
 „eadem prorsus sentire de præfata Con-  
 „stitutione quotquot sunt Doctores Theo-  
 „logi ejusdem Facultatis, omnesque qui-  
 „buscunque in locis degant, provoca-  
 „tioni

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Sæc. XVIII., tioni, quæ ad futurum generale con-  
 A. C. 1719., cilium interjecta fuit, adhærere, ut  
 „gravissimo huic occuramus incommo-  
 „do, nec silentium nostrum pro con-  
 „sensu habeatur, seu potius ut omnibus  
 „innotescat, quinam sint veri nostri sen-  
 „sus, (neque enim possumus in tanti  
 „momenti negotio movente ac pulsante  
 „intus conscientia nostra, non perhi-  
 „bere testimonium veritati) aperte de-  
 „claramus nos alienos esse penitus, qui  
 „supradictæ provocationi velimus ad-  
 „hærere, nostrisque suffragiis quocun-  
 „que modo ea approbare, quæ jam ten-  
 „tata sunt, aut deinceps tentari pos-  
 „sent sed similiter, adversus Constitutio-  
 „nem *Unigenitus*: imo cum dicta Con-  
 „stitutio, quæ a sancta forte profecta  
 „est, sit ab omnibus ferme totius Or-  
 „bis Catholici Episcopis recepta, neque  
 „ullæ conditiones desint apud nos re-  
 „quisitæ & usitatæ, ut vim legis ob-  
 „tineat. ultro & sponte eam agnosci-  
 „mus tanquam dogmaticum & infal-  
 „libile Ecclesiæ iudicium, cui obtem-  
 „perare nos corde & animo cum omni  
 „reverentia & obsequio, coram orbe  
 „universo profitemur.

§. VI.

## §. VI.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.*Bulla Pontificis a Parlamentis Parisiensi tanquam abusus suppressa.*

Cum Parisiis Regius Procurator peteret, ut publico decreto a nupera Pontificis Bulla tanquam ab *abusu* provocaretur, cunctisque Regni Præfibus atque Ecclesiasticis Regnique Ministris, ne illam allegarent, vel executioni darent, inhiberetur, ingens inde exorta est plurium oppositio, ac controversia. Hac super re die vigesima nona Septembris in Regis Palatio habebatur consultatio, cui primus Præses, Argensonius Regii Sigilli Custos, Procurator Regius, Chauvelinus Advocatus Generalis, & Abbas Du Bois intererant: Eiusmodi decretum, quod Pontificiæ Constitutiones supprimerentur, importune petebant Procurator, & Chauvelinus, id vero summo Pontifici admodum injuriosum, novæque contentionis cum Papa fomentum esse censebant Argensonius, Præses atque Abbas du Blois, quorum posterior etiam suadebat, ut Procurator suam orationem prius Regenti examinandam traderet: quo facto Procurator suum sermonem adeo præcipiti lingua recitabat, ut ambo hanc orationem

Dorsann.  
pag. 431.  
Acta publ.  
Const. 492.

nem

Sæc. XVIII. nem rursus prælegi peterent, tantum-  
 A. C. 1719. que efficerent, ut Regentis jussu Pro-  
 curator plura, eaque acerbiora, qui-  
 bus Constitutionem *nec fidei Regulam,*  
*nec Ecclesiæ legem* esse probabat, delere  
 juberetur, præterea etiam verba, qui-  
 bus falso assererat, quod Rex Oppo-  
 nentium a Papa explicationes peten-  
 tium preces suo suffragio suffulisset.  
 Deletis hisce die tertia Octobris Procu-  
 rator Generalis Parlamenti Curiam in-  
 gressus, orationem habuit, cujus sum-  
 ma hæc est:

„Quamvis habito erga Papam ra-  
 tione hucusque cuncta post Constitu-  
 tionem *Unigenitus* per Curiam Roma-  
 nam edita indulgenter pertulimus, sine  
 luculenta tamen officii nostri prævari-  
 catione circa Pontificis literas die octava  
 Septembris Romæ emanatas silentium  
 tenere nefas foret, hæc adeo manifesto Ec-  
 clesiæ Canonibus, & Regni legibus  
 sunt contrariæ, ut cuncta injuriosa  
 contra Episcopos, qui a Christo Judi-  
 ces doctrinæ sunt constituti, verba ex-  
 aggerare superfluum foret; nam po-  
 pulos sub pietatis larva seducere, Ec-  
 clesiam perturbare, & veritates Ca-  
 tholicas obnubilare dicuntur, & his  
 calumniis Papa suam censuram contra  
 eos, omnesque, qui Constitutioni suæ suam  
 omnimodam obedientiam præstare recusarunt  
 vel

*vel recusare ausi fuerint, honestare con-* Sæc. XVIII.  
*tendit; hos non amplius ut veros sanctæ* A. C. 1719.  
*Romanæ Ecclesiæ filios agnoscit, sed ab*  
*ejusdem Ecclesiæ charitate segregatos habet,*  
 omnesque Præsules hortatur, ut suas  
 oves a venenatis pascuis arceant, ab  
 eorum consortio abstineant, & tanquam  
 a communis societatis charitate prorsus alie-  
 nos habeant. Tale Judicium Papa  
 Romæ publice pronuntiavit contra Re-  
 gis subditos, quos tamen juxta immo-  
 tas Franciæ leges sub quocunque ob-  
 tentu extra Regnum judicare vetitum:  
 Hanc sententiam tulit contra Præsules  
 nequidem auditos, nec observatis ci-  
 vilibus & Canonicis legibus, primis-  
 que juris naturæ principiis, & quidem  
 in prima instantia, motu proprio con-  
 tra veterem Ecclesiæ disciplinam, vi  
 cujus Episcopi non nisi a duodecim suæ  
 Provinciæ Episcopis judicari valent.  
 Jam in primis sæculis Provinciale Tri-  
 bunal erat solum unicum Tribunal pro  
 criminalibus Episcoporum causis, &  
 quamvis postea revisio seu appellatio  
 ad S. Sedem Pontifici fuerit asserta,  
 non propterea primum Tribunal suam  
 auctoritatem a posterioribus Conciliis  
 confirmatam amisit. Frustra Romana  
 Curia falsis Decretalibus innixa hunc  
 usum interrumpere moliebatur, nam  
 semper reclamabant Episcopi & Magi-  
 stratus,

Sæc. XVIII. stratus, & Franciæ Reges firmis principibus, Ecclesiæ Canonibus, omniumque sæculorum usui innixi. Exempla continuati usus sunt Caroli IX. oppositio contra Pium IV. ob Episcopos de Calvinismo accusatos, & Castillonæi Cardinalis 1569. Sententia die 11. & 17. Martii eodem anno, Acta Cleri Gallicani Anno 1645. & 1650. ejusque protestatio Nuntio Pontificio facta & Sententia die prima Aprilis 1710. in causa Episcopi sancti Pontiani (\*).

Ast hujus Pontificiæ censuræ obtentus non erat duntaxat acceptandæ Constitutionis repugnantia, sed infallibilitatis suæ doctrinam stabiliendi pruritus, ex hoc motivo nequidem a seipso explicationes peti sustinuit, sed eos Episcopos, qui contra suam Bullam conqueri, vel ejus interpretationem petere

(\*) Sane hæc exempla primorum sæculorum vetustatem non redolent: sed valeant in via facti, quantum sonant; melius autem egressent. si vel unicum ab ipsius Ecclesiæ exordio exemplum attulissent legitimæ appellationis ad Concilium a Constitutione *dogmatica*, ni in opem vocare velint appellationem Pelagii, schismatici & Apostatæ Fratris Michaelis de Cesenas, & Lutheri, & quamvis S. Cyprianus restiterit S. Stephano Papæ, non tamen ab eo ad Concilium appellavit.

petere, & remedia sibi a Canonibus & Sæc. XVIII. exemplis omnium sæculorum compro- A. C. 1719. bataba opponere ausi sunt, pœnæ severitatem adhibuit.

Ante hujus infallibilitatis incubula Episcopi eam omni subjectione circa ea, quæ per Ecclesiam universalem deciderentur, passim Papæ decisionibus sese subjicere recusarunt, Episcoporum primi explicationes Pontificiorum decretorum petierunt, & sanctissimi Pontifices, Gregorius & Pelagius ad eorum petita benigne responderunt, imo Alexander VII. rescriptit, quod si Papæ rescripta non intelliguntur, vel quid in eis inconueniens reperiatur, illorum executio suspendatur, factò recursum ad S. Sedem pro vero sensu.

Longe aliter Pontifices postea egerunt, adeo, ut ejusmodi usurpationibus sese opponere cogeretur Constantiense & Basileense Concilium, cujus tamen auctoritatem Curia Romana in dubium vocare conata est, hoc autem frustra tentato sæpius aliqua contra utriusque Concilii decisionem attentare studuerunt Pontifices, quibus tamen Gallicanæ libertatis defensores sese viis legitimis identidem opposuerunt.

Ex hoc igitur infallibilitatis principio Pontifex supposuit, Constitutio-  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.* D nem

Sæc. XVIII. nem suam ab universa Ecclesia fuisse  
A. C. 1719. receptam, in crimen & Ordinis Eccle-  
 siastici injuriam vertit recursum ad lai-  
 corum Tribunalia tot Conciliis, & con-  
 stanti ac uniformi omnium sæculorum  
 usu stabilitum, statuit suam Constitu-  
 tionem esse legem Ecclesiæ, & ejus  
 acceptationem esse *debitam*, ac pro-  
 pterea Episcopos appellantes esse repre-  
 hensibiles, eorumque appellationem  
*perpetuo damnandam & execrandam ab Ec-  
 clesia Romana*; hacque ratione Bullas  
 Pii II. & Julii II. & Bullam Cænæ in-  
 novare videtur.

Cum autem hæc infallibilitatis prin-  
 cipia celeberrimarum Synodorum deci-  
 sioni & Maximorum Pontificum senten-  
 tiæ contraria in Regno non admittan-  
 tur, si publica Magistratus auctoritas  
 literas & decreta Pontificia Anno 1714.  
 dissimulavit, & ea Anno 1716. missa  
 duntaxat divulgari inhibuit, si ex a-  
 more pacis speratæ decretum 17. Febr.  
 1717. & Paulucci Cardinalis epistola  
 silentio fuit dissimulata, si decretum  
 1718. 16. Februarii duntaxat fuit sup-  
 pressum, silentii hucusque observati  
 abusus nupero decreto manifestatus po-  
 stulat, ut ad Parlamenti auctoritatem  
 recurratur.

Nostro silentio ac moderatione ani-  
 matus Pontifex, Episcopos alloqui au-  
 det

det his verbis: *Petrum per Nos loquen-* Sæc. XVIII.  
*tem &c. audet petere debitam & omni-* A. C. 1719.  
 modam obedientiam, audet non modo  
 Episcopos recusantes, sed etiam eos,  
 qui suam Constitutionem non cæca obe-  
 dientia, sed tanquam Judices post exa-  
 men & explicationes acceptarunt, imo  
 ipsa etiam Parlamenta, quæ eam ad  
 acta non retulerunt, *inobedientes homi-*  
*nes, veritati non acquiescentes, aberrantes*  
 &c. vocare. Regni igitur leges tot  
 modis labefactatas vindicandi necessitas  
 urget, ac denique quia Papa nec Regis  
 desiderio nec Episcoporum voto an-  
 nuens, omnem conciliationis viam re-  
 spuit, atque explicationes dare vel il-  
 las approbare recusans Regis subditos ad  
 Constitutionem a Parlamento tempe-  
 ratam sine restrictione acceptandam ob-  
 stringere attentat, hinc Regis subditi  
 promerentur, ut eis liceat appellare a  
 decreto sub titulo, *Literæ &c.* interim  
 vero præcipiatur, ut omnes, qui ejus-  
 modi literas tenent, ad Curiam eas de-  
 ferant, & quæcunque Pontificis de-  
 creta vendere &c. sub gravissimis pœ-  
 nis prohibeantur &c.,

Ad hujus declamatoris verba Par-  
 lamenti Senatores, qui sine expli-  
 catione, maturaque discussione dogma-  
 tica Pontificis decreta acceptare, solis  
 Ultramontanis, non autem Gallo - Ca-  
 tholi-

Sæc. XVIII. tholicis fas esse arbitrabantur, sine ulla  
A. C. 1719. discussione aut restrictione sese inclinabant, ac die decima Januarii anno sequenti recoctis ejusdem Procuratoris rationibus subjungere, quod insuper timendum, ne Curia Romana opiniones Ultramontanas ex obliquo in Regnum his temporibus invehere molia-  
 tur per Religiosos, quorum Superiores Generales Romæ morantur, eoquod ex istis Superioribus nonnulli circa Constitutionem decreta Pontificiis literis haud absona in Franciam ad suos Religiosos miserunt, prout ejusmodi decretum a P. Carolo Comacioli Carmelitarum Generali ad P. Dionysium Dufau Parisini Conventus Priorem hoc anno die sexta Decembris transmissum, quod incipit: *Quod permolesto ac plane acerbo dolore percussi sumus &c.* in Curia manus incidit. Ex his igitur rationibus Parisiensis Curia Pontificis literas: *Pastoralis Officii* tanquam *abusivas* declaravit, P. Generalis Carmelitani literas typis editas suppressit, cunctis Religiosis quascunque literas circa Constitutionem recipere, legere &c. omnibusque Franciæ Præsulibus, Ecclesiasticis &c. Pontificum decreta, vel alias Romanæ Curia literas sine Regis diplomate, sub pœna publicæ tranquillitatis

tis perturbatoribus statuta recipere, *Sæc. XVIII.*  
legere &c. inhibuit. *A. C. 1719.*

## §. VII.

*Cardinalis Noaillii Archiepiscopi Pa-*  
*risiensis mandatum ad suæ Diæ-*  
*cesis Clerum sæcularem &*  
*Religiosum.*

Cum Noaillius ceteroquin Religiosus *Acta publ.*  
ac prudentissimus Vir probe nosset, *Const. 582.*

quod ipse ex utriusque Cleri Ecclesia-  
sticis in sua Diæcesi morantibus non  
paucis ingentem præberet offensionem,  
hique ejus orthodoxiam suspectam ha-  
berent, hinc declarationem, quam  
Galli *mandatum* vocant, hoc anno die  
tertia Octobris, ad omnes Ecclesiasti-  
cos transmisit, cujus summa erat hæc:

„Literis nuper a summo Pontifice  
ad omnes fideles directis ac Romæ pu-  
blice affixis oompellor, ut vocem meam  
exaltem, & querelas meas ad universæ  
Ecclesiæ Tribunal deferam: dum to-  
tus in eo eram, ut Constitutione *Uni-*  
*genitus* passim abutentes coercerem, ve-  
ritatem, sacræque Sedis honorem &  
Episcopatus jura defenderem, necnon  
solidam pacem Gallicanæ Ecclesiæ pro-  
curarem, tunc dissensionum, ac tumul-  
tum Patroni unice eo intenti erant,  
ut meam fidem summo Pontifici su-

D 3

spectam

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719

spectam redderent; tantumque effecerunt, & sub nomine Capitis Ecclesiæ per universum Orbem diffunderentur literæ, in quibus Episcopi Catholici contra errorem vigiles, erga Petri Successorem devotissimi, Unitatis centro arctissime uniti, atris coloribus Hæreticorum & Schismaticorum depinguntur, atque ad Ecclesiæ gremium redire compelluntur.

Episcopus suam famam tueri obstructus, sinistras quoque opiniones de suæ fidei puritate, & obedientiæ erga decisiones debitæ sinceritate, ex fidelium animis delere tenetur: Reverentia erga illum, qui tam acerbis plagis me impetit, in me consenscens fors me adduxisset, ut suppresso dolore duntaxat in lacrimas, precesque ad Deum, ut ejus lumine ut mentis meæ rectitudo, & calumpniantium nequitia patesceret, prorupissem: Ast ubi non modo mea dignitas, sed & præcipue Episcopatus jura violantur, fundamentalia nostrarum libertatum principia evertuntur, certissima disciplinæ Ecclesiasticæ statuta pessumdantur, ac Tribunalium Ecclesiasticorum auctoritate everfa, inter Ecclesiam & Imperium collisio nascitur, haud ultra tacere possum, & quamvis ab omni telo Pontificio per meam appellationem die 3. Aprilis 1717. & 24. Septem-

Septembris 1718. publicatam tutus Sæc. XVIII.  
 sim (a), ut tamen de omnibus vitiis & A. C. 1719.  
 S. Canonum violationibus in Bulla con-  
 tentis edoceamini, ab iis novam ap-  
 pellationem interponendam esse censui:  
 Præprimis vos admoneo, ne a sacræ  
 Sedis, & summi Pontificis reverentia  
 discedatis, nec tamen sub hujus reve-  
 rentiæ prætextu cæcam obedientiam  
 Curiæ Romanæ molitionibus exhibea-  
 tis, nec etiam in has molitiones adeo  
 insurgatis, ut simul debitam Pontificis  
 venerationem in cordibus vestris ex-  
 tinquatis. Pontificis Potestas est stabili-  
 ta a Christo Domino, eam revereamini,  
 Cathedra D. Petri est centrum unitatis  
 Catholicæ, eidem immote adhærete:  
 Pontifex tamen decipi potest vel ex  
 propria fragilitate, vel suorum mali-  
 tia teste D. Bernardo l. de Confid. non  
 ergo quæcunque vobis Curiæ Romanæ  
 Ministri submitunt, & forte S. Cano-  
 nibus & Episcoporum auctoritati con-  
 traria sunt, recipite.

D 4

Hanc

(a) Brevissima sana via, omnes quascun-  
 que libuerit contra Papam, ejusque leges &  
 decreta hostilitates impune exercendi! num  
 forte S. Cypriani & Firmiliani declarata re-  
 sistentia tam eos, quam eis adhærentes a Pon-  
 tificis censura tutos reddidit, plenumque ef-  
 fectum suspensivum operata est?

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Hanc in rem vobis propono exemplum Lincolniensis Episcopi, qui pietate, scientia, & Zelo erga verum summorum Pontificum honorem studiosissimus, suæque Ecclesiæ libertatum vindex acerrimus, & miraculis clarus, eo tempore, quo Anglia Sedi Apostolicæ erat addictissima, contra Innocentii IV. decretum hæc scripsit (a): *Noverat discretio vestra, quod Mandatis Apostolicis affectione filiali devote & reverenter obedio. His quoque, quæ Mandatis Apostolicis adversantur, paternum zelans honorem adversor & obsto. Ad utrumque enim teneor ex divino mandato; Apostolica enim mandata non sunt, nec esse possunt alia, quam Apostolorum doctrinæ & ipsius Domini nostri Jesu Christi, Apostolorum Magistri & Domini, cujus typum & personam maxime gerit in Hierarchia Ecclesiæ Dominus Papa, consona & conformia. Non igitur est prædictæ*

(a) Observandum, quod hanc Epistolam Matthæus Parisius in sua majore Angliæ Historia recenseat, quoties autem hæc historia a variis editoribus, & Protestantibus adulteratoribus fuerit immutata, & quam exiguæ fidei sit, in Scriptorum criterio etiam leviter tinctus vix ignorat: consuli possunt Baronius, Spondanus, & Bollandistæ in Tomo V. Junii pag. 129. 167. Tom. I. Aug. p. 451. 282. & passim alibi.

*dictæ literæ tenor Apostolicæ sanctitati con-* Sæc. XVIII.  
*sonus, sed absonus plurimum & discors,* A. C. 1719.  
*propter hoc Reverendi Domini, ego ex de-*  
*bito obedientiæ & fidelitatis, qua teneor*  
*antiquæ parenti Apostolicæ Sedi sanctissi-*  
*mæ, & ex amore unionis in corpore Christi*  
*cum ea, quæ in prædicta litera continen-*  
*tur, & maxime quia, ut prædictum est, ad*  
*peccatum Domino Jesu Christo abominabi-*  
*lissimum & humano generi perniciosissimum*  
*evidentissime vergunt, & Apostolicæ Sedis*  
*sanctitati omnino adversantur, & contra-*  
*riantur Catholicæ fidei, unice, filialiter &*  
*obedienter non obedio, & contradico, re-*  
*bello, nec ob hoc potest inde vestra discretio*  
*quicquam durum contra me statuere, quia*  
*omnis mea in hac parte & contradictio &*  
*actio nec contradictio est nec rebellio, sed*  
*filialis divino mandato debita Patri, &*  
*vestri honoratio: breviter autem recolligens*  
*dico Apostolicæ Sedis sanctitas non potest,*  
*nisi quæ in ædificationem sunt non destru-*  
*ctionem, hæc enim est potestatis plenitudo,*  
*omnia posse in ædificationem.*

His de causis, prosequatur Noail-  
 lius, post maturam deliberationem una-  
 cum Decanis nostris, Canonicis, &  
 Ecclesiæ Metropolitanæ Capitulo habi-  
 tam, hanc nostram appellationem in  
 Curia nostræ unacum hoc mandato ta-  
 bulas referri, prælegi, publicari, & ubi-  
 cunque opus fuerit, affigi præcipimus.,,

D 5

§. VIII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719

§. VIII.

*Eadem appellatio a Noaillo confirmata.*

*Acta publ.*  
*pag. 586.*

Quantum Noaillius desudaverit, ut inustam nomini suo labem ob atram rebellionis atque excommunicationis in eum pronuntiatæ ignominiam variis coloribus obtegeret, ac sese ab acerbioribus Pontificiæ indignationis infectionibus tutum redderet, sat luculenter apparuit ex eo, quod denuo die tertio Octobris interjectam suam appellationem innovarit, & singulariter contra literas *Pastoralis Officii* provocarit, editis literis, in quibus affirmabat, quod hæ Pontificis literæ *Pastoralis officii* non habeant solemnitates solitas, nec in forma Brevis, nec Bullæ sint editæ, nihilominus Papa Episcopos renitentes a communione Ecclesiæ separet, cum tamen hac separatione concessa Episcopi a totius Orbis Episcopis segregati suæ duntaxat plebis communione deberent esse contenti, quod non nisi ob gravissima crimina & observatis legibus Canonicis decerni potest (a).

Ab

(a) Hanc in rem allegabat Noaillius Concil. Carth. V. quod ait: *suæ tantum plebis si communione contentus.* Conc. Milev. II. c. 24. Africa.

Ab hac igitur censura scribebat Noail- Sæc. XVIII.  
lius, ob has gravissimas causas appello. A. C. 1719.

I. Quia, etsi Judex, qui nos condemnavit, ejusque auctoritas ei a Christo data sit eminens, illius tamen potestas est restricta ad S. Canones, quibus subiectus est. II. Quia appellatio ad Ecclesie Universalis Tribunal Papam ita sua potestate exiit, ut si censuras infligere, vel suæ jurisdictionis actum exercere vellet, cuncta ipso jure essent nulla, & ipse Ecclesie universalis auctoritati derogaret. III. Quia hæc Principia ab ipsis Ultramontanis Doctoribus, & in Galliis semper fuere adoptata, & ita stabilivit Harlæus Parisiensis Episcopus Anno 1688. applaudentibus Parochis & Superioribus Parisinis:  
est-

Africanum c. 43. 80. 90. 99. Carth. VII. c. 5. S. Aug. Ep. 209. Conc. Arel. II. c. 19. Agath. c. 35. *Caritate Fratrum, & Ecclesie communi-  
one priventur* Conc. Aurel. III. c. 6. & III. c. 10. & 12. Lugd. II. c. 1. & 4. Turon. II. c. 9. *A nostra charitate se agnoscat remotum,  
& excommunicatum; quia merito a charitate  
nostra & Ecclesiis nostris segregantur, qui Pa-  
trum statuta contemunt.* Conc. Matisc. Can. II. c. 20. Meld. c. 10. S. Leo Ep. 60. Qui hos Canones legerit, quam parum Noaillo patrocinentur, primo obtutu cognoscet, & obstupescet.

Sæc. XVIII. estque Parisinæ Ecclesiæ constans doctrina, uti patet ex omnibus appellationibus sub Philippo Pulchro, ab Anno 1491. usque 1501. interjectis.

Cum ergo sex Franciæ Episcopi, tres Universitates & Clericorum potissimum de Constitutione *Unigenitus*, & omnibus inde secutis & secuturis appellarent, & causa nostra Canonica ad Ecclesiæ Universalis Tribunal sit devoluta, Papa contra nec censuras ferre &c. potest, sed est Judex incompetens, & juxta decreta Concilii Const. & Basil. huic Tribunali subjectus, illius judicium & sententiam expectare tenetur, cum ergo Pontifex non expectato hoc judicio contra nos pronuntiavit, hinc via facti appellationum jus violavit, & nos validissimo Romanæ Curiæ violentiis obsistendi remedio privare molitus est, contra hæc igitur attentata supremæ Conciliorum auctoritati adeo noxia nostras querelas ad S. Concilium Generale deferre (\*), novamque appellationem contra Inquisitionis Decretum 16. Febr. 1718. interponere cogimur (\*\*).

Appel-

(\*) Ad solum Concilium nunc appellat, antea autem appellabat ad Concilium & Papam melius edocendum.

(\*\*) Noaillii hallucinatio in eo consistit, quod Appellationes in genere esse legi-

Appellamus etiam a Constitutione *Pa-* Sæc. XVIII.  
*storalis* quia Franciæ Episcopus in pri- A. C. 1719.  
 ma instantia iudicavit, nec eis iudices  
 in patria designavit, & quia in eos  
 Romæ censuras tulit, quem tamen non  
 audivit. Tale autem iudicium est con-  
 tra Canones, leges civiles & ejus na-  
 turæ, & contra Parisiensis Parlamenti  
 decre-

legitimas & S. Canonibus conformes statuatur,  
 quod nemo negat, controversia autem ea sit,  
 an appellatio ad futurum Concilium a Constitu-  
 tione *dogmatica* sit legitima; dato enim, quod  
 juxta Gallos Papa etiam in fide errare possit,  
 & Conciliis sit inferior, appellatio tamen Ca-  
 nonica semper fieri deberet ad *superiorem*  
*immediatum* illius, a quo appellatur; dato  
 autem, quod talis Superior esset Concilium  
*quando existit*, si vero non existit, tunc Su-  
 perior est Ecclesia seu visibile Corpus Epi-  
 scopale ex ipso Pontifice & Episcopis etiam  
 dispersis compositum, etiam extra Concilium  
 decidens: alias solis Conciliis controversias  
 decidendi jus esset reservatum, quod est hæ-  
 reticum. & hæresibus, quamdiu non existit  
 tale Concilium, plenam grassandi viam ape-  
 riret: usque ad hodiernam diem non fuit  
 celebratum ejusmodi Concilium, quod hanc  
 controversiam decideret: ergo usque in ho-  
 diernam diem Papa, & Episcopi potissimi  
 hanc Bullam propugnantes docuerunt & do-  
 cent

Sæc. XVIII decreta de Anno 1569. 1710. contra  
 A. C. 1719 acta Cleri Gallicani 1645. 1650. contra  
 Regum nostrorum jura, qui id fieri  
 nunquam tolerarunt, ut patet ex Hi-  
 storia Anni 1564. circa Episcopos Fran-  
 ciæ a Pio IV. damnatos. Appellamus  
 contra censuras in nos latas, quia in-  
 flictae

cent falsa dogmata, & corruptas morum Re-  
 gulas juxta Appellantes, qui per hanc Bul-  
 lam fidei depositum in discrimen vocari, S.  
 Scripturam & Traditionem impugnari, falsa  
 dogmata & perversas morum doctrinas stabi-  
 liri vociferantur: hæreticum ergo est, dicere,  
 quod Ecclesia errorem definitive condem-  
 nare non posset, ejusque judicium non sit ir-  
 reformabile, nisi sit in Concilio congregata:  
 Falsum est, quod Pontificis definitio in mate-  
 ria fidei irreformabile non sit, nisi ab omnium  
 Ecclesiarum consensu sit acceptata: Innocen-  
 tius & Zozimus PP. errores Pelagii damna-  
 runt, & teste S. Augustino causa fuit finita,  
 etsi octodecim Episcopi & trecenti Episcopi  
 Donatistæ a judicio Ecclesiæ Universalis ad  
 Concilium generale appellare voluerint, eorum  
 ergo *quinque Franciæ Episcoporum* oppositio  
 impedire credatur, ut Constitutio pro deci-  
 sione Universalis Ecclesiæ ex defectu ferme  
 unanimis Episcoporum consensus non habeatur:  
 ab hac ergo decisione appellare ad Concilium,  
 quod nunquam existit, est illegitimum, nul-  
 lum, & S. Canonibus adversum.

flictæ sunt sine causa & sine delicto, Sæc. XVIII.  
 nam Constitutionem non acceptasse, cri- A. C. 1719.  
 men non est, quidam enim Episcopi illam  
 non acceptarunt ob abusum, quem ali-  
 qui occasione censurarum in Cl. Propo-  
 sitiones facere moliebantur, & ob tu-  
 multus inde exortos, quocirca ab eo,  
 qui legem condidit, explicationes pe-  
 tierunt, sed nihil obtinuerunt post  
 quinque annorum sollicitationes inter-  
 positas: alii vero in Bulla detexerunt  
 vitia, ob quæ eam admittere haud  
 posse declararunt, ac propterea appel-  
 larunt ad Concilium futurum, id  
 autem crimen non est; secuti sunt e-  
 nim vestigia S. Cypriani, S. Hilarii,  
 & tot aliorum venerandæ antiquitatis  
 Episcoporum, qui sese opposuerunt Pon-  
 tificum decretis, ceteroquin paratissimi,  
 ut quicquid ab Univerfa Ecclesia decide-  
 retur (\*) acceptare: Carpit nos Pontifex,  
 quod

(\*) Noallius perperam confundit resisten-  
 tiam cum appellatione: Cyprianus quidem  
 restitit Pontificis decisioni de non rebapti-  
 zandis hæreticis, sed non appellavit ad Con-  
 cilium, quod, si licitum fore censuisset, uti-  
 que fecisset, aliud ergo est resistere Ponti-  
 ficis decisioni, suasque rationes contra eam  
 proponere, & aliud a Papa ad Concilium ap-  
 pellare, ac decisionem ab eo expectare, talis  
 appel-

Sæc. XVIII. quod ad Constitutionem suam adeo clara  
A. C. 1719. ram studiose oculos claudamus, & eum  
 decipiendi, tentandique animo expli-  
 cationes petierimus, tanta autem te-  
 meritas severissimis Ecclesiæ pœnis ca-  
 stigari mereatur: Ast proxime in nostra  
 Instru-

appellatio, si esset legitima, effectum qui-  
 dem suspensivum operaretur, non autem re-  
 sistentia, aliàs si v. g. quidam simplex Sacer-  
 dos in Italia declarasset, quod S. Cypriani &  
 Firmiliani resistentiæ adhæreat, a censura,  
 qua S. Stephanus eum ad acceptandam suam  
 decisionem compulit, tutus fuisset: vel hunc  
 effectum in Galliæ Episcopis eorum resistentia  
 jam Anno 1714. ante eorum appellationem  
 jam fuisset operata. Quæ autem de S. Hila-  
 rio narrantur, sunt apogrypha, imo etsi ve-  
 rum esset, quod contra Liberium Papam ana-  
 thema pronuntiasset, nullibi tamen legitur,  
 quod ab ejus judicio ad futurum Concilium  
 appellarit, quod remedium, cum sit modera-  
 tius quam anathema, absdubio arripuisset,  
 si illud *jure* adhiberi posse censuisset. *Congregatione Synodi* inquit S. Augustinus, *opus non est, ubi aperta perniciēs damnatur . . . . quasi nulla hæresis aliquando nisi Congregatione Synodi, damnata sit, cum potius rarissimæ inveniuntur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multoque sunt ac incomparabiliter plures, quæ ubi extiterint, illuc improbari damnarique meruerunt.*

Instructione Pastoralis demonstrabimus, Sæc. XVIII.  
 quod antiquitus Sanctissimi Episcopi A. C. 1719.  
 decretorum Pontificiorum explicatio-  
 nes petierint, & doctissimi Pontifices  
 non modo eas dederint, sed tanquam  
 regulam statuerint, quod in ambiguo  
 decretorum sensu ad S. Sedem recur-  
 ratur: Constitutionem autem *Unigenitus*  
 esse obscuram, patet ex doctissimorum  
 judicio, ex abusibus illius, ex trimestri  
 labore Episcoporum Acceptantium in  
 conficiendis explanationibus contra pe-  
 riculosas interpretationes, ex modifi-  
 catione a Parliamentis in ejus accepta-  
 tione facta: si ergo acceptantibus licuit  
 explanationes dare, cur crimen sit op-  
 ponentibus, eas petere? nonne triginta  
 Episcopi Regi declararunt, quod Bul-  
 lam duntaxat in sensu suarum Instru-  
 ctionum Pastoralium acceptarint? Quia  
 ergo Pontifex iustitiam petentibus de-  
 negavit, merito ad Ecclesiæ Universa-  
 lis Tribunal appellamus. His accedit,  
 quod Pontifex *omnimodam* id est cæcam  
 & servilem *obedientiam* erga sua decreta  
 exigat, ejusmodi autem obedientia.  
 I. Est injuriosa Episcopis, qui quæstio-  
 nes fidei ante, & post Papam judi-  
 candi, & tanquam Judices, & non ut  
 meri executores Pontificum Constitu-  
 tiones dogmaticas acceptandi proin-  
 prævie eas examinandi jus habent,  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.* E. illud-

Sæc. XVIII. illudque exercuerunt contra Fenelonii  
A. C. 1719. librum: si autem Episcopus sine hac *om-*  
*nimoda obedientia* orthodoxus esse nequit,  
 neque orthodoxi sunt Episcopi Acceptan-  
 tes, qui Constitutionem non nisi post fa-  
 ctam illius explicationem (\*) receperunt:  
 nec orthodoxa Parlamenta, quæ Con-  
 stitutionem ad acta referendo modifica-  
 tiones adhibuerunt. Insuper Papa ta-  
 lem obedientiam petit II. ex funda-  
 mento infallibilitatis suæ, sed Pontifi-  
 cum judicia dogmatica sunt primum  
 irreformabilia per Ecclesiarum consen-  
 sum. III. Ex eo, quod ejus Bulla sit  
 ab universo Orbe recepta, sed opposi-  
 tum in nostra Instructione demonstrabi-  
 mus (\*\*), ac propterea Parlamenta sup-  
 prefferunt omnia Episcoporum man-  
 data.

(\*) Hoc minus verum esse, jam supra re-  
 latum est, Tom 68. p. 626. l. 216. §. 32.

(\*\*) Quam infirma fuerit demonstratio, post-  
 ea indicabimus, interim certum est, quod  
 universalis hæc acceptatio in Renitentium  
 Episcoporum oculis sat molesta fuerit sudes,  
 quapropter tanta sollicitudine ubique divul-  
 garunt, hanc vel illam Universitatem, Epi-  
 scopos, Regnum, Communitates &c. Con-  
 stitutionem rejecisse, quod tamen, quam fal-  
 sum fuerit, ex ipsis testimoniis horum Epi-  
 scoporum, Universitatum &c. jam sæpius  
 ostendimus.

data, in quibus hoc principium addu- Sæc. XVIII.  
 citur, & Regens in suo edicto die 7. A. C. 1719.  
 Octobris supponit, hanc Constitutio-  
 nem non esse Universalis Ecclesiæ le-  
 gem. Denique ob dissensiones, tumul-  
 tus, mutuas criminationes, excom-  
 municationes &c. quæ ex literarum *Pa-*  
*storales* executione orirentur, Noaillius  
 ait, quod jure suam appellationem in-  
 novet &c.

§. IX.

*Acceptantium Episcoporum fervor  
 contra Opponentium ausus.*

Cum Acceptantes Episcopi de Reli- Dorsann.  
 gionis periculo solliciti, & de obe- Journal  
 dientia sacræ Sedi debita convicti pravo pag. 431.  
 Cardinalis ac Archiepiscopi, Parlamen- Lafiteau  
 torum, & Universitatum exemplo fa- pag. 126.  
 cile Clerum, gregemque suum rebel-  
 lionis lue infici posse timerent, eorum  
 plusquam quinquaginta in suis Diæ-  
 cesibus literas publicarunt, quibus sa-  
 ctam Constitutionis acceptationem in-  
 novantes, confirmantesque, Instructio-  
 nem Pastoralem Anno 1714. editam  
 sæpius relegi, simulque cunctis utrius-  
 que Cleri Ecclesiasticis, omnibusque  
 suarum Diæcesium fidelibus sub pœnis  
 in Constitutione pronuntiatis præcepe-  
 runt, ut corde & animo sese Bullæ, tan-  
 quam

Sæc. XVIII. A. C. 1719. quam Constitutioni *dogmaticæ* ab universa Ecclesia receptæ subjicerent, omnesque appellationes ab ea factas pro frivolis, illusoriis, scandalosis, sacræ Sedi & Episcopali Ordini injuriis, Ecclesiæ auctoritati contrariis, schismaticis, & ad innovandos, fovendosque proscriptos errores tendentibus haberent, ac sub anathematis pænis ipso facto incurrendis ab appellationibus quocumque modo interponendis abstinere, nec quicquam Ecclesiæ Catholicæ judicio, debitæque venerationi & obsequio contrarium loqui, scribere aut attentare, aut in favorem appellationum agere auderent, si vero jam appellasset, suas appellationes intra bimestre revocarent. Insuper Viennensis Archiepiscopus die vigesima quinta Septembris ipse in sua Cathedrali convocatis omnibus Clericis & Ministris e suggestu suo acceptationis mandatum inter Missæ solemnias promulgabat, palam attestatus, quod eadem die & hora sexaginta Franciæ Episcopi pariter sua mandata facerent publica, alii etiam Episcopi suæ acceptationis literas e suggestu promulgari, ac Ecclesiæ januis affigi jusserint: cum ergo Appellantes totius suæ factionis auctoritatem tot Præfulum & plurium adhuc, qui eis adhærebant,

tam

tam publico testimonio imminui cerne-  
rent, nil reliquum habebant, quam ut  
laicorum, a quorum tamen jurisdic-  
tione exemptionem aliis in occasioni-  
bus tam ardentem propugnabant, opem  
implorarent; & quid eo tempore, quo  
Constitutionem defendere, crimen con-  
tra impositi legem commissum, eam  
vero proscindere, gloriosum audiebat,  
magis expeditum erat, quam Parlamen-  
torum patrocinium obtinere: Præpri-  
mis ergo Aurelianensis Parlamenti Pro-  
curator Episcopi sui mandatum *tanquam*  
*feditiosum, scandalosum, & recta Regiæ*  
*declarationi* (circa silentium observan-  
dum) *oppositum* abstrahi & lacerari pe-  
tiit, obtinuitque: Accurrit Episcopus  
unacum suo Vicario Generali & Secre-  
tario, tantam Ecclesiæ & sibi injuriam  
irrogari deprecatur, & contra violen-  
tiam totius populi testimonium implo-  
rat, nihilominus interminata etiam  
ipsius Episcopi captivitate ejus man-  
datum abstrahitur, laceratur: nec be-  
nignius habebantur Bituricensis, &  
Rothomagensis Archiepiscopi, alii-  
que Præsules.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. X.

*Opponentium audacia per Regni Mo-  
deratorem coercita.*

E 3

Cum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Dorsann.*  
*pag. 433.*

Cum Philippus Regni Moderator post impositi silentii legem neutri parti favere, vel palam sese opponere statuisset, ad petitionem Cardinalis Bissy, qui suum Capitulum ad appellandum proclive noverat, mox Meldensi Locumtenenti per Vrillerium Marchionem perscribi iussit, Regentem velle, ut insuperhabitis iis, quæ se invito Parisiis gesta fuissent, Capitulum & Clerus nec scribere nec loqui contra Constitutionem audeat, quin tamen propterea Archiepiscopis atque Episcopis, quantum ad suarum ovium salutem expedire noverint, ex jure ipsorum characteri annexo mandata edere vetitum sit. Hoc comperto confestim Cardinalis Noaillius ad Regentem rescripsit, quod ipse hoc suo edicto nimis palam, contra quam promisisset, uni parti faveret, Appellantibus os obstrueret, & Acceptantibus aperiret &c. Ad hæc reposuit Regens, se quidem Appellantibus juris viam non occludere, mox etiam publice declaraturum, quod imposita silentii lege Episcopis mandata in suis Diæcesibus promulgandi facultatem demere, minime intenderit, totis tamen viribus inferioris Cleri petulantiam coercere velit. Ut vero ejusmodi declarationem impediret Noaillius, omnes eloquentiæ fontes exhauriebat,

riebat, præcipue Regenti exponens, *Sæc. XVIII.*  
 quod hæc verba: *quia hoc jus Episcoporum* A. C. 1719.  
*characteri est annexum*, Regiæ aucto-  
 ritati plurimum derogarent, cum dein-  
 ceptis Regi haud liberum esset, seditio-  
 forum ejusmodi mandatorum cursum  
 sistere (\*), quia Episcopi ejusmodi man-  
 data ad suarum ovium instructionem  
 necessaria jactabunt, & Regi fors ea  
 inhibituropponent declarationem, qua  
 id eis *ex jure suæ dignitati annexo*, proin-  
 ipsis dato a Christo Domino, seu ex  
 jure Divino, quod Regi immutare ne-  
 fas foret, competit: aliunde vero Par-  
 lamentis (\*\*\*) ejusmodi mandata, tan-  
 quam

E 4

quam

(\*) En! quam præclare non raro ipsimet  
 Ecclesiastici, ut privatis suis studiis, æmula-  
 tioni, invidiæ, vindictæ &c. satisfaciant,  
 prætenso immunitatis juri derogent, & dum  
 Pontifici sese subjicere renuunt, suo gradu  
 inferioribus ancillari non detrectent, ac pro-  
 pterea illius indignatione, & horum vilipen-  
 sione merito plectantur.

(\*\*) Hac occasione haud dissimulare pos-  
 sum, quæ mihi in Galliis versanti contigere,  
 cum in consortio cujusdam Præsidis Par-  
 lamenti versarer, hicque ex me sciscitaretur,  
 qualiter mihi Gallicus orbis arrideret,  
 respondi, placere omnia, excepto quem de-  
 prehendissem, Ecclesiasticorum contemptu: ad  
 hæc

Sæc. XVIII

A. C. 1719

~~CONFIRMATIONES~~

quam publicæ tranquillitati noxiâ, Episcopis interdicendi & supprimendi jus per ipsas eorum sententias contra Rhenensis, Cabilonenfis, Toloniensis &c. Præfulum mandata pronuntiatas assertum confirmatumque tolleretur: Alii insuper Regentis aures velut inquietæ muscæ circumsonabant, insufurrantes, quod si aperte Appellantibus faveret, suorum hostium numerum aucturus esset; quam arcte enim Constitutionis Patroni partibus Ducis Ceno- manensis adhærent, sat testatum reddidisset eorum consternatio ob decretum contra spurios Regis Filios die 26. Augusti Luparæ pronuntiatum: ab eo enim tempore, suggerebant hi, præfatus Dux totum Parliamentum in suas pertraxit partes, ut illud Hispanorum opera Regentis jugo liberaret, & Jesuitarum instigatione Constitutioni propiti-  
tiam

hæc vero reposuit ille: Pater mi! causam tibi pandam. En! olim ante pedes vestros prostrati, & humiliati peccata nostra confessi sumus, ad Ecclesiasticos & præcipue Episcopos adolvebamur, in eorumque sinus nostras projecimus miseras, nunc vero hi flexis genibus ad Nos prostrati currunt, sua nobis etiam gravissima peccata, an vera vel falsa, Deus scit, exponunt, opemque implorant.

tium redderet: ac propterea Parliamentum circa appellationem ad futurum Concilium jamjam fluctuasse videretur, ac ipse Rohanius Cardinalis sub specioso Parliamentum captandi obtentu, re tamen ipsa illud Cenomanensi Duci conciliandi studio pluribus Senatoribus privatim agendi facultatem a Regente petiisset. His addebant, timendum esse, ne Pontificias literas, excommunicationes &c. in Franciam, quin Parliamentis eas supprimere liceret, mittendi licentia Pontifici factâ, contra ipsum Regentem ejusmodi excommunicatio ex Vaticano erumperet, & tunc Parliamentum, quia ejus auctoritatem Regens depreffit, suam ei opem denegaturum esset: Nec etiam Rohanium & Bissyum Cardinales Regenti exosos reddere obliviscebantur, exponentes, quod hi, ut Regentem ad suas partes pellicerent, Appellantium corpus velut exiguum nullius nominis manipulum depinxerint, potentiori autem parti favere, Regenti semper consultius foret, si vero Appellandi libertatem daret, tunc hi contra appellantium copiam & impudentiam absdubio Regentis opem imploraturi essent, quam eis efficaciter præstare non posset, eo quod hosti ipsemet appellandi facultatem dedisset: ac denique Regens consideraret, quod per

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Sæc. XVIII. A. C. 1719. integrum quinquennium Constitutionis Patroni pro obtinenda ejus acceptatione semper auctoritatis violentia, ex illi decretis, & sententiis contra Parliamentorum dispositiones usi sint, econtrario Opponentibus nil aliud petierint, quam cuilibet sese explicandi libertatem, & Parliamentis liberum suæ auctoritatis usum relinquere. Cujus ergo partis causa foret æquior, Regens perpenderet?

Hæc pluraque alia Regens mira excepit patientia, cum tamen has aves ex cantu nosceret, auribus provide ceram affigens, adeo non in eorum sententiam concessit, ut etiam Rothomagensis Parlamenti edictum contra Archiepiscopi mandatum abrogari præciperet, & severe inhiheret, ne circumforanei Propolæ scripta contra Constitutionem edita vel Appellantium mandata per urbem circumferrent, vel Bibliopolæ ea venderent, aut typis edicurarant, sine scripta Regentis venia: quinimo Regens haud gravate quidem Cardinali Bissy duos libellos suos, quorum primo appellationem, a Constitutione esse manifeste nullam, nec tolerandam probavit, & altero præfationem, doctrinæ summarium & appellationis a Noaillo expositæ actum annotationibus castigavit, publicis typis evulgandi licentiam dedit, ea tamen lege,

lege, ut non Parisiis, sed in Bissyii Diœcesi distribuèrentur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XI.

*Serenissimi Regentis literæ ad Regni Episcopos contra Ecclesiasticos.*

Cum vero præter Parlamenta etiam secundi, ut vocant, Ordinis Ecclesiastici eo petulantius contra suos Episcopos insurgerent, quo arctius eisdem obedire tenebantur, hinc summus Pontifex iterato Gallici Regni Moderatorem obsecrabat, ut quorundam Parliamentorum audaciam refrænare, cunctaque ab eis contra Pontificias Constitutiones, & contra Acceptantes Episcopos attentata abolere velit. His precibus quodammodo deferendum ratus Regni Moderator, primo Ecclesiasticorum ausibus frænum injecturus, ad cunctos Franciæ Præsules die vigesima quinta Octobris has dedit literas:

*Act. publ.  
Const. p. 598.*

„Insuperhabitis obstaculis, quibus nonnulli sincerum meum contentiones occasione Pontificiæ Constitutionis exortas componendi desiderium evertere moliantur, nondum tamen eas juncta Episcoporum opera terminandi spem abjeci: non enim mihi persuadere valeo, quod cunctæ difficultates hucusque plenæ eorum reconciliationi obstantes fidei

dei

Sæc. XVIII. dei & charitatis vinculis, quibus inter  
 A. C. 1719. se colligantur, prævalituræ sint,,

„Urget pacis amor, & Episcopatus  
 honor, secundi enim Ordinis Ecclesia-  
 sticorum arrogantia, qua contra Episco-  
 patus dignitatem sese non sine subordi-  
 nationis & disciplinæ præjudicio eri-  
 gere moliantur, nil nisi tumultus, &  
 perturbationes progerminare potest: Ne  
 ergo unionis spes intercidatur, simul-  
 que ejusmodi Ecclesiastici in debitæ  
 erga primos suos Pastores subjectionis  
 officio contineantur, ad supremum Præ-  
 sidem & Generales Parlamentorum Pro-  
 curatores literas, quarum transumptum  
 acclado, dare constitui, spe fretus,  
 quod, cum venerationem sacræ Sedis  
 & summo Pontifici debitam profitemini  
 doctrinas in Catholicis Scholis receptas  
 cum erroribus & dogmatibus ab Eccle-  
 sia proscriptis confundere abstinueritis

Hac ratione media, quibus omni tem-  
 pore Episcopatus jura ac libertates no-  
 stræ contra exterorum principia factæ  
 tectæ fuerunt servatæ, adeo non im-  
 pugnabitis, ut potius ea submissa con-  
 stantia propugnetis, ac veritatem ita  
 fideliter defendatis, ut omnis schisma-  
 tis occasio simul tollatur.

Denique vestram jurisdictionem li-  
 mitibus per Regni leges præscriptis cir-  
 cumscribite, & Ecclesiasticorum vobis  
 sub

subjectorum crimina plectite, ita tamen, Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
ut vestræ potestatis fines non excedatis.

Tum vero, si qui contra vestra mandata generalia, aut particularia statuta appellationes ab abusu interposuerint, facta earum discussione mihi nil gratius accidet, quam si vestram prudentiam, Religionis studium, animique moderationem deprædicare potero &c., Præter has literas Regens etiam petulantiores quosdam Appellantes exilio mulctavit, & nonnullis Episcopis contra quædam Parlamenta validam præstitit opem.

§. XII.

*Ejusdem Regentis epistola ad Præsides & Parliamentorum Procuratores circa appellantes Ecclesiasticos.*

Eadem die Serenissimus Regni Regens Parliamentorum auctoritatem circumscripturus, ad supremos Præsides & Parliamentorum Procuratores Generales has dedit literas.

„Quamvis contestationes in Gallicana Ecclesia occasione Constitutionis Unigenitus excitatæ unanimi conciliatione hucusque terminari non potuerint, eas tamen eadem via tandem finem habituras spero.

Quo-

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Quoniam vero ex his ipsis contro-  
 versis secundi Ordinis Ecclesiastici sese  
 contra suos Episcopos erigendi, eorum-  
 que vocem atque auctoritatem vilipen-  
 dendi ansam arripuere, hinc ut totum au-  
 ctoritatis a Rege vobis commissæ pondus  
 contra ejusmodi ausuum progressus im-  
 pendatis, vobis præcipimus: Plures  
 enim ex his Ecclesiasticis, quamprimum  
 se diversas a suis Episcopis opiniones  
 fovere declarant, sperare videntur, se  
 eo ipso a reverentia, & obsequio eis  
 debito solutos esse: ast non minus tran-  
 quillitatis, quam subordinationis ac  
 pacis plurimum interest, ut ejusmodi  
 independentia a plebe tam avide ex-  
 optata, & ad tumultus turbasque con-  
 citandas necessario inducens præpe-  
 diatur.

Nihilominus viæ juris in Regno sta-  
 bilitæ semper insistere intentus, pari-  
 ter eo sollicitudinem meam extendo,  
 ne Episcopi sua etiam potestate abutan-  
 tur: cum ergo inferiorum rebellio non  
 minus ordinato statui adversatur, tam  
 horum quam illorum excessibus obstare,  
 vestræ sit vigilantæ, quam ut excitem,  
 has ad Vos perscribo literas, eo fine,  
 ut una ex parte appellationes *ab abusu*  
 juxta solemnitates per decreta præscri-  
 ptas recipi curetis, ex altera vero mi-  
 nime permittatis, ut sub harum  
 appel-

appellationum velamento inobedientia, Sæc. XVIII.  
& scandali occasio invalescat. A. C. 1719.

Eapropter, si quædam Communitates, Ecclesiastici, aut alii secundi Ordinis homines a suorum Præfulum mandatis atque Instructionibus, tanquam ab abusu appellaverint, priusquam suam appellationem ad Curiam deferant, eos adstringite, ut vobis suas appellandi rationes in supplici explicent libello, quem ad me confestim transmittatis, ut quæ pro Regis obsequio, Episcopatus juribus, Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus, & debitæ subordinationis Regulis magis expedire judicavero, vobis desuper significare valeam.

Hanc in rem ad omnes Franciæ Episcopos literas dedi, haud dubius, quin & ipsi hoc prudentiæ, & charitatis suo gradui congruæ temperamentum ratum, gratumque habeant. Vobis vero exemplum epistolæ ad eos transmissæ communico, spe fretus, quod quo plus moderationis & reverentiæ erga ipsos salvis Regni statutis monstraveritis, eo majore etiam religione vicissim, ipsi in vestris decretis reverenturi sint Regis auctoritatem, quæ vobis injungit, ut intra limites per Regni leges præscriptos Episcopalem contineatis jurisdictionem, cujus etiam defensores

Sæc. XVIII. fores constituti estis, quamdiu Episcopi illa non fuerint abusi &c. ,,  
 A. C. 1719.

Insuper Regni Moderator quosdam Appellantes, quos invalescens fanatismus ad manifestam rebellionem abstraxerat, exilii pœna plectebat, simulque vetabat, ne a Parisiensis Parlamenti Procuratore Arelatensis, Massiliensis, & Tolonensis Episcoporum mandata examini subjicerentur: Cisterciensibus quoque Regii Sacelli Luparensis curam ademit, eoquod suam appellationem manifestam reddere præsumpsissent, ac denique, nil eorum prætermisit, quæ ad Ecclesiæ defensionem, pacemque reddendam proficere censuit.

§. XIII.

*Omnes Universitatis Parisinæ Ordines appellationi adhærentes.*

*Acta Publ.  
 Const. p. 508.*

Insuper refractarii Parisiensis Facultatis Theologicæ Doctores novam, eamque vere ridiculam aperuere scœnam; ut enim majus suæ appellationi pondus adderent, ceteras omnes Facultates seu Ordines, Nationes, Juristas imo ipsos & Medicos, quorum tamen non pauci in hac controversia, rebusque Theologicis omnino hospites & peregrini erant, sollicitabant, ut contra Constitutionem *Unigenitus* cum eis  
 ullu-

ullularent, eosque appellantes verve-  
 cum more sequerentur, proin ipsi glo-  
 riari possent, quod *communi Universita-*  
*tis nomine* Pontificium decretum ab uni-  
 versa Ecclesia receptum generose reje-  
 cerint, perinde ac si immota Ecclesiæ  
 petra concussa contritaque fuisset, ad  
 solum Gallicanæ Universitatis tantum.  
 Ergo die sexta Septembris anni prioris  
 Facultatum Deputati in Collegio Cho-  
 letæo sua habent comitia, in quibus  
 Michael Godeau Universitatis Rector  
 conductitia magniloquentia in totius  
 Universitatis laudem exposuit, conver-  
 sos esse jam pridem Gallorum omnium  
 oculos in Parisiensem universitatem,  
 quicumque sunt in hoc imperio boni &  
 memores traditæ a patribus Doctrinæ,  
 expectare ab alma literarum divinarum  
 humanarumque parente, ut in ancipiti  
 hocce rerum discrimine, pro nunquam  
 intermisso more suo, tandem veritati  
 tam periculose laboranti succurrat. Ni-  
 mirum evanuisse spes illas, fore, ut  
 unde tam gravia Religionis vulnera in-  
 flicta erant, inde mitteretur remedium,  
 quod efficax esse non poterat, nisi causa  
 mali tolleretur. Præstigiis iniquorum ob-  
 turari usque aures summi Pontificis, ne  
 studiosorum sui filiorum preces audiat,  
 averti oculos, ne videat mala, quæ clara  
 sunt. Superesse jam adversus Constitutio-  
 nem

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Hist. Eccles. Tom. LXX.

F nem

Sæc. XVIII. nem Unigenitus, viam salutis unam, jam  
A. C. 1719. inde a primis temporibus monstratam,  
 & in sæculis deinceps omnibus initam,  
 ut ad supremum Ecclesiæ tribunal con-  
 fugiatur, cui uni datum est a Spiritu  
 sancto, ut non possit in fide errare  
 aut fallere.

Certe a Parisiensi Academia, qua  
 notum sit nullum esse ordinem in orbe  
 toto Apostolicæ Sedi verius addictum,  
 plura tamen ejusmodi Appellationum  
 a Romanorum Pontificum judiciis,  
 exempla, quam ab ullo quoquam Or-  
 dine edita fuisse, etiam in causis le-  
 vioribus. Quanto nos igitur decere nunc  
 magis in tam turbulenta tempestate il-  
 lam anchoram amplecti adversus Con-  
 stitutionem Unigenitus, qua perculsis  
 uno fulminibus ictu centum & una  
 Propositionibus verum & æquum sub-  
 versum est, Christiana Fides, sancto-  
 rum Patrum Doctrina, disciplina morum,  
 Episcoporum auctoritas, Regum nostro-  
 rum jura & securitas, libertates Ec-  
 clesiæ Gallicanæ labefactantur, quæ  
 lata sit, tribus aut ad summum qua-  
 tuor e Cardinalium numero in consilium  
 adhibitis, quæ denique, ut cætera  
 omittantur, Reum, ministrum sacrorum,  
 spirantem adhuc & vivum, non cita-  
 tum, audiri se enixe & suppliciter po-  
 stulantem inauditum damnat verbis  
 atrocibus. His

His præmissis, Universitatis Rector Sæc. XVIII.  
 hanc appellationem esse necessariam A. C. 1719.  
 demonstrare nitebatur ex nefaria  
 Joannis de Montampuis Rectoris ora-  
 tione: querebatur autem hanc appel-  
 lationem certis ex caussis non fuisse tunc  
 solemnitatibus omnibus, formulisque  
 juris munitam: nunc vero, cum ad eam  
 temporum iniquitatem dissimulatus er-  
 ror caput audacius erigat, Deputatos ro-  
 gabat, ut cum singulis Ordinibus agant, at-  
 que ab eis exquirant, quid fieri pro defen-  
 sione fidei avitæ, ac dignitate Univer-  
 sitatis oporteat.

Die ergo prima Octobris sexdecim  
 Deputati in comitiis comparuere, no-  
 mine S. Facultatis ab Academico Tri-  
 bunali postulantes, ut recipiatur eorum  
 adhæsiō ad Appellationem quatuor Epi-  
 scoporum & Cardinalis Noailii, eaque  
 ad *æternam rei memoriam* in omnibus Uni-  
 versitatis tabulis inscribatur, totiusque  
 Universitatis nomine communis a præ-  
 fata Constitutione fiat appellatio: His  
 concessis primo, nomine S. Theologicæ  
 Facultatis Nicolaus Chaudiere Decanus  
 pronuntiavit, S. Facultatem postulare,  
 ut hæc appellatio fiat, & ut in eam  
 rem ceteri Ordines Academici, *quo fiat*  
*vis unita fortior* conspirent suis suffra-  
 giis: postea Facultas Juridica statuit,

F 2

ut

Sæc. XVIII. ut Parisiensis *Universitas pro suo jure &*  
 A. C. 1719. *more* a præfata Constitutione appella-  
 tionem quamprimum suo nomine in-  
 terponat, & Facultas Consultissima eo-  
 dem modo appellet, hancque appella-  
 tionem Universitas publicari, & ubi-  
 que insinuari curet, quin ulla in re re-  
 verentiæ erga Sedem Apostolicam de-  
 rogatum velit. Medica etiam Facul-  
 tas perorante Amando Douté Medico  
 enuntiavit, quod Saluberrimus Ordo  
 censuerit esse appellandum: Eadem  
 die nomine Gallorum Nationis Carolus  
 Rollin Procurator exponebat, quod  
 hæc Natio, postquam Alma Parisien-  
 sis Academia pietatis pariter & scien-  
 tiarum Parens, quid sentiret, occa-  
 sione quatuor Episcoporum appellan-  
 tium aperuit, jam dudum expectarit  
 commodam occasionem parem instru-  
 di appellationem: nunc ergo hac op-  
 portunitate per Cardinalis Noailii ap-  
 pellationem oblata judicavit hanc ap-  
 pellationem esse prorsus necessariam  
 & quidem ad servandam fidei & disci-  
 plinæ morum integritatem, ad asse-  
 renda Episcoporum jura, ad defenden-  
 das Regni & Ecclesiæ Gallicanæ liber-  
 tates, & Regum securitatem, quæ om-  
 nia in extremum discrimen præfata  
 Constitutione adducerentur. Eodem  
 tenore Picardorum Natio quatuor Epi-  
 scopo-

scoporum & Noaillii appellationi inhærens, appellavit, servato tamen semper Catholicæ unionis vinculo, & communione ac obsequio erga Cathedram B. Petri, & intacta pariter canonica obedientia erga Pontificem. Horum exempla sequebantur Nationes Normanorum, & Germanorum, quarum suffragiis ad acta relatis singuli suas appellationes confirmarunt, demum vero idem Rector ex suggestu orationem habuit, in qua ob obtentam Parochiam SS. Cosmæ & Damiani Universitati grates repondens, plurimum fiduciæ in præfatorum Sanctorum patrocinio esse reponendum dixit, eoquod sicut in corporibus medendis incubuerunt, ita potiolem gerant curam sanandorum ab erroris ægitudine animorum, postea converso sermone ad Constitutionem *Unigenitus* inquiebat, appellationem quidem ab ea nomine Universitatis, merito dici posse ratam & decretam, Conclusionem lata die primo hujus mensis, secundum omnium Ordinum sententias. Optimum tamen visum fuisse illam hodierna deliberatione recognosci. Quantum enim ejusmodi consultationi gravitatis ac ponderis accessurum, si hic, in loco majorum, collecti in Comitium unum omnes omnium Ordinum

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Sæc. XVIII. dinum Magistri, sua suffragia, nova  
 A. C. 1719. deliberatione velint confirmata?

Luétuosum illud esse & peracerbum, eo res devenisse, ut non aliam quam provocationis via averti posse videatur propinquum schismatis discrimen, tollique e medio scandalum, in quod peræque & maxime simplices, & maxime oculati fideles impegerunt, ex quo prodiit in lucem Constitutio *Unigenitus*.

Sed enim in Gallia nostra, illa occasione, turbas quotidie magis ac magis excitari. Triumphare turbulentos quosque perniciosarum corruptelarum doctores & patronos.

Frustra Antistites e nostris sanctissimos juxta & doctissimos multiplices vias iniisse apud Clementem XI. ut agnosceret Decretum illud fuisse ipsi pravi insinuatione suggestum. Nihil usquam tanta moderatione tamque diuturna patientia profectum fuisse.

Quando igitur, inquit, per alienam pertinaciam non licitum est Pacem & Veritatem amicæ consensionis foedere colligatas tueri simul & observare, veritati periclitanti suppetias ferre ne dubitemus: Veritati, inquam, quæ nemini blanditur, nemini male palpatur, quæ nullum seducit, quæ aperte denuntiat: *Væ homini illi, per quem scandalum*

*lum venit*: Veritati, cui subjici, a qua Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
vinci, gloriosissimum esse prædicat Divus Augustinus: Veritati, cujus vindicandæ causâ majores nostri nihil non fecere, nihil non toleravere.

Nam quid ego, inquit, coram eo cœtu virorum, qui sunt in orbe toto doctrina sua ac pietate percelebres, fusius exhibeam Appellationis remedium adversus Ecclesiastica mala fuisse centies efficaci virtute a majoribus vestris usurpatum, aut Pontificem Romanum Synodo Generali atque Ecclesiæ subesse; quod (ut Legati vestri in Basileensi Concilio plane asseveraverunt) Ecclesia *errare non possit, Pontifex possit: quod Mater illa, hic filius: Sponsa Christi illa, hic tantummodo Vicarius.*

At ecce, dum Pontificia Sanctio, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, ad iudicium vocatur Ecclesiæ, transversa occurrit alia Sanctio recentior, quam ferunt affixam Romæ die 8. Septembris, Literarum Pontificiarum nomen in fronte gerens, sed intus scatens intolerandis erroribus, quam Senatus Parisiensis Curia sua jam auctoritate perculit suppressitque, quamque non dubito, quin pro vestro erga veram fidem atque antiquam Ecclesiæ disciplinam studio, ad Concilium pariter Generale, unacum Constitutione *Uni-*

Sæc. XVIII. *genitus*, *sitis* discutiendam perdu-  
A. C. 1719. *cturi*.,

Declamationem hanc amplissimi Re-  
ctoris excepit M. *Edmundus Pourchot*, in  
Consultissima Juris utriusque Facultate  
Licentiatus, Philosophiæ Professor eme-  
ritus, antiquus Rector, & Syndicus  
Universitatis, qui præfatus, ad se ab  
Eminentissimo Cardinali Noaillo missa  
fuisse duo exemplaria suæ recentis Ap-  
pellationis a literis quibusdam per hæc  
verba incipientibus: *Pastoralis Officii*,  
Romæ affixis die octavo Septembris  
nuper elapsi: unum illius Appellatio-  
nis exemplar mihi Scribæ tradidit in  
tabulario Universitatis asservandum:

Deinde dixit, Almam Studiorum  
Parentem, Universitatem Parisiensem,  
a Regibus Christianissimis institutam  
fuisse non solum ad excolendas inge-  
nuas artes & disciplinas, juventutem-  
que omni bonarum literarum & scien-  
tiarum genere informandam, sed ma-  
xime ad tuendos purissimorum fidei  
dogmatum, sanctiorisque morum di-  
sciplinæ fontes; ad Hierarchiam sacram,  
Regiamque potestatem, quæ soli Di-  
vinæ in temporalibus subjecta est, pro-  
pugnandam; afferendosque venerandæ  
Antiquitatis Ecclesiasticæ Canones, qui-  
bus firmiter adhærens Ecclesia Galli-  
cana novarum Constitutionum jugum  
a se

a se semper removit, veteremque libertatem integram & illibatam hactenus conservavit.

li. Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Instituti officiique sui nunquam oblitam fuisse Universitatem, certissimaque, quæ nobis supersunt, historiaram monumenta palam testari, nullis eam, quoties opus fuit, pepercisse laboribus, ut vera & avita doctrina in Ecclesia Catholica vigeret; ut assererentur Regum Christianissimorum jura, quæque ipsis lege divina debetur obedientia & fides, facta testata remaneret. Assertam fuisse doctrinam hanc in Conciliis Constantiensi & Basileensi, propterea maxime quod Theologi Parisienses, tum qui Magisterii Laurea in sacra Theologiæ Facultate fuerant donati, tum qui cum illustri illo Nicolao Clamengio intra Præclaræ Artium Facultatis gremium constiterant, aliique Academici immensas sacræ eruditionis opes Synodis illis suppeditaverant. Neque minus in Concilio Tridentino effulisse illorum doctrinam, nec minorem eos a Concilii Patribus pietatis & scientiæ laudem retulisse. Mirum non esse, si eximix, quibus aliunde commendationem merebantur, dotes, nimirum eruditio multiplex, sincerus veri restique amor, & inexpugnabilis probitas, plurimorum hominum contrariis doctrinis

Sæc. XVIII. imbutorum odia in ipsos concitarint.

A. C. 1719. Quodcumque enim Scriptores Curia

Romanæ mancipati vires suas & artes adhibuerunt, ut Pontificiam potestatem non solum in Ecclesia, verum etiam in Imperio ultra modum extollerent, illos ab Academicis Parisiensibus & voce & scriptis semper fuisse repressos; imo, si quid ipsis Romanis Pontificibus exciderit, quod vel fidei Christianæ dogmatis repugnaret, vel adversaretur, Hierarchiæ sacræ aut Ecclesiasticæ disciplinæ, vel jura Regum appeteret, iis moderate quidem & illæsa, quam Christus præcepit erga ipsos obedientia, sed tamen fortiter & libere Academicos Parisienses obstitisse. Exemplo esse Joannem XXII. cum opinionem suam de dilata beatarum mentium ad Divinæ Majestatis intuitum assumptione palam fecit; Bonifacium VIII. cum sibi non errandi prærogativam, quam soli Ecclesiæ concessit Christus, supremumque in temporalem Regum potestatem dominium asserere conatus est. Itaque novum non esse nec inauditum, Universitatem Parisiensem Curia Romanæ illiusque affectuum molitionibus adversari, & a Decretis Romanorum Pontificum ad Ecclesiam Universalem in Concilio libero congregatam, salvo unitatis vinculo, provocare, Hujus rei

Acta

Acta in Commentariis Academicis legi Sæc. XVIII.  
 posse Annorum 1313. 1406. 1413. 1416. A. C. 1719.  
 1595. iisque adjici posse recentiora  
 Annorum 1626. 1627. 1643. 1644.  
 1682. 1688.

Subjunxit Syndicus Universitatis,  
 non posse hujus temporis Academicos  
 a majorum suorum vestigiis recedere:  
 Appellationem a Decretis Romanorum  
 Pontificum ad Concilium Generale mi-  
 nime obstare, quominus adhæreatur  
 sanctæ Sedi Apostolicæ, quæ est uni-  
 tatis Ecclesiasticæ centrum; & prima-  
 tus, qui jure divino Romanis Pontifi-  
 cibus competit, reverenter agnoscatur.  
 Etenim *fidelis Deus, per quem vocati sumus*  
*in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini*  
*nostri, ut docet Apostolus Ep. 1. ad*  
*Corinth. cap. 1. v. 9. Quis autem ab*  
*ea societate separare possit fideles, quam-*  
*diu Christianorum seu unctorum Do-*  
*mini nomen, quod a Christo accepe-*  
*runt, in Ecclesia Catholica conservant,*  
*capitique illius Christo, & Pontifici*  
*Romano Divi Petri successori indisso-*  
*lubili nodo adhærent? Quis ab eorum*  
*finu spem illam dulcissimam seripiat,*  
*qua confidunt, fore tandem aliquando,*  
*ut postquam hujus vitæ, quæ militia*  
*est, certaminibus fuerint Christi gratiâ*  
*defuncti, & salutis æternæ præmio do-*  
*nati, augustissimum Jesu servatoris libe-*  
 rato-

Sæc. XVIII. ratorisque nomen, quo tunc gloria  
 A. C. 1719. buntur (\*) perpetuis laudibus sint ce  
 lebraturi.

Igitur Academicis Parisiensibus Chri  
 stianos esse licere & Academicos: sine  
 adhærere Ecclesiæ Catholicæ tanquam  
 membra ejus corporis, cujus caput est  
 Christus, & majorum suorum vestigiis  
 inhærendo avitam doctrinam, quam  
 semper tenuit Universitas Parisiensis  
 propugnare. Utroque hoc nomine Chri  
 stianorum & Academicorum, suam de  
 bere fidem, opem atque operam & Ec  
 clesiæ Christi, & Regi suo, & Patriæ  
 Agi nunc temporis de conservanda fide  
 integritate: de retinendis Moralibus Chri  
 stianæ & Ecclesiasticæ disciplinæ regu  
 lis; de asserendis Regiæ & Episcopalis  
 dignitatis juribus secundum doctrinam  
 Ecclesiæ Gallicanæ & hujus primariæ  
 Universitatis; de libertate Scholarum  
 Catholicarum tuenda: quæ omnia il  
 lustres nec minus eruditione quam pie  
 tate præstantes Præsules, alique in  
 signes Theologi scriptis solidissimis, qui  
 bus obfisti non potest, demonstrarunt  
 subverti ac pessumdari Constitutionem  
 illa, quæ incipit *Unigenitus*, quam male  
 con

(\*) Legatur Ludolphus de Saxonia Carthu  
 sianus, *Lib. de vita Jesu Christi*, quam scri  
 psit circa initium 14. Ecclesiæ sæculi cap. 20.

consulti homines, novis suis figmentis, Sæc. XVIII.  
 spreta veneranda antiquitate, nimium A. C. 1719.  
 addicti, diuturnis artificiosisque insti-  
 gationibus obrepentes elicuerunt a Ro-  
 mano Pontifice Clemente XI. die octavo  
 Septembris Anno 1713. reclamante nec  
 audito, & tamen audiri instantissime  
 flagitante ad sui defensionem Auctore  
 inter hujus ævi Theologos nominatiffi-  
 mo, cujus famam doctrinamque cen-  
 tum & unius Propositionum e Com-  
 mentariis illius in novum Testamentum  
 excerptarum, & contra testatam non  
 semel ipsius sententiam expositarum  
 condemnationem probrosis dedecoran-  
 tibusque notis inustam esse voluerunt.

Hoc igitur primum esse gravamen,  
 propter quod Constitutio, quæ incipit  
*Unigenitus*, ab Academicis Parisiensibus  
 recipi non possit, quod celebris Auctor  
 e Regis Christianissimi subditis, e nu-  
 mero (\*) Magistrorum hujus Universi-  
 tatis, Sacerdos Parisinus, ea Consti-  
 tutione, nullis adhibitis juris solemni-  
 tatibus, tanquam fidei Catholicæ hostis  
 traducitur; ac licet propositiones e scri-  
 ptis suis avulsas partim truncatas esse,  
 partim

(\*) Anno Domini 1653. die Novembris 29.  
 graduatus fuit in Artibus Magister *Paschasius*  
*Quesnel* Parisinus. *Ex Commentariis Uni-*  
*versitatis.*

Sæc. XVIII. partim in alienum sensum detortas pa-  
 A. C. 1719. lam conqueratur, neglectis illius que-  
 relis, quibus cælum terramque con-  
 testatur, se ab iis, qui immerito sibi  
 imputantur, erroribus penitus alienum  
 esse (\*), inauditus condemnatur.

2. Propositiones illas acervatim &  
*in globo*, ut ajunt, damnatas esse, tan-  
 quam *falsas, captiosas, piarum aurium*  
*offensivas . . . ac demum ut hæreticas re-*  
*spective*: adeo ut quælibet ex iis notis,  
 sive, ut loquuntur, *qualificationibus*,  
 quasdam ex illis centum & una *respi-*  
*ciat* Propositiones; sed quænam ex iis  
 captiosæ sint, quænam piarum aurium  
 offensivæ, & quæ hæreticæ, non de-  
 clarari a Romano Pontifice in illa, quæ  
 nomine ipsius inscribitur. Constitutione:  
 inde fieri, ut ea non possit ab Episcopis  
 aut aliis, ad quos emissa est, concorditer  
 cum Romano Pontifice intelligi &  
 accipi, propterea quod Romani Pon-  
 tificis sensus lateat, nec a quoquam  
 nisi ab ipso retegì possit atque revelari.

3. Plurimas ex Propositionibus ead-  
 dem condemnatione involutis, totidem  
 verbis

(\*) Non est Romanis consuetudo damnare  
 aliquem hominem, priusquam is, qui accu-  
 satus, præsentibus habeat accusatores, locum-  
 que defendendi accipiat ad abluenda crimina.  
*Festus apud D. Lucam Act. Apost. c. 25. v. 16.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

verbis expressas, aut in sacris scripto-  
ribus, aut in libris Sanctorum Patrum  
reperiri: quod in causa sit, cur nisi ex-  
plicationibus adhibitis, si tamen ad-  
hiberi queant idoneæ, non possit ad-  
mitti Constitutio.

4. Explicationes illas non solum ab  
Eminentissimo Cardinali Noaillio Ar-  
chiepiscopo Parisiensi, aliisque doctri-  
na & pietate insignibus Episcopis, sed  
etiam a Rege Christianissimo, & Au-  
gustissimo Principe Regni Rectore Duce  
Aurelianensi, toto triennio enixissime  
fuisse postulas, nec ullum aliud ob-  
tentum responsum, nisi *parendum esse*,  
Constitutionemque *pure & simpliciter* ac  
sine ulla inquisitione accipiendam. Ex  
eoque responso sequi.

5. Pontificem Romanum, exclusis  
aliis Episcopis, credi oportere solum  
doctrinæ Christianæ judicem, eumque  
errori minime obnoxium: adeoque ina-  
niter se fatigasse Apostolos, cum pri-  
mum omnium Concilium Hierosolymi-  
tanum congregarunt; solum enim circa  
dubia, quibusangebantur fideles, con-  
sulendum fuisse Divum Petrum, & ejus  
decisioni religiose obtemperandum:  
frustra pariter ex omnibus Orientis &  
Occidentis partibus Episcopos ad œcu-  
menica Concilia celebranda magnis  
sumptibus laboribusque fuisse identidem  
con-

Sæc. XVIII. convocatos: quandoquidem soli Pontifices Romani, quos ab omni errandi periculo tutos credi oporteat, res controversas potuissent auctoritate sibi solis concessa in tribunali suo definire, easque vel fide tenendas, vel opere implendas imperare ceteris Episcopis, quibus ad exequenda Pontificia iudicia solæ obsequii partes fuissent relictæ. Quis autem aut Apostolorum consilium improbare audeat, aut universalis Ecclesiæ consuetudinem, quam ab Apostolis accepit, congregandi Concilia, ut exortæ quæstiones vel circa dogmata, vel circa mores, vel circa disciplinam, supremo & *irreformabili* dirimerentur iudicio, omnesque Ecclesiæ Ministri tam superiores quam inferiores, ipseque Romanus Pontifex, in ordinem cogentur? Quis potius non doleat, quod illa consuetudo in defuetudinem abierit, unde Curiæ Romanæ data sit occasio, ut speciosum illud, quod perperam sibi attribuit, quodque soli Ecclesiæ Catholicæ, quæ est *columna & firmamentum veritatis*, a Christo concessum est, non errandi donum sibi arroget, suam ultra legitimos fines extendat potentiam, pervertat sacrum Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordinem, spretis obtritisque aliorum Episcoporum iuribus, supremumque in alias Ecclesias domi-

dominatum exercent? Ex quo deplora- Sæc. XVIII.  
 randa magnarum Ecclesiarum schis- A. C. 1719.  
 mata prodierunt, quæ nisi remittatur  
 ille dominatus, ad Ecclesiæ Romanæ  
 finem nunquam reversuræ videantur.

6. Inde pariter sequi, Regis Chri-  
 stianissimi subditos *ab implendo debito erga*  
*ipsum officio excommunicationis etiam in-*  
*justæ metu impediri debere*: quoniam do-  
 ctrina contraria, quæ est Ecclesiæ Ca-  
 tholicæ doctrina, damnata est per Con-  
 stitutionem, quæ incipit *Unigenitus*, pro-  
 positione 91.

Addidit idem Syndicus, se cetera  
 præmittere, quæ tum ab illustrissimis  
 Præsulibus, tum a clarissimis Theolo-  
 gis notata sunt, atque animadversa tan-  
 quam ad se potissimum spectantia, circa  
 utriusque fœderis discrimen, circa  
 Christi gratiæ efficaciam, circa præ-  
 ceptum divinæ charitatis, administra-  
 tionem Sacramenti Pœnitentiæ, Sa-  
 crarum Scripturarum lectionem, &c.  
 quæ D. Petri successorem movere de-  
 buerant, ut decessorum suorum, præ-  
 fertimque Sanctorum Leonis Magni &  
 Gregorii itidem Magni, aliorumque  
 exemplo, tot Theologorum & Episco-  
 porum justis exostulationibus & que-  
 relis satisfaceret. Sed Clementem Pa-  
 pam XI. sese ab omni erroris periculo  
 in iis, quæ quomodocumque definit, sive  
 de jure agatur, sive de facto, credi velle

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*      G      im-

Sæc. XVIII. immunem; suasque sanctiones quasi  
A. C. 1719. totidem Dei oracula pari religione, sine  
 ullo examine ab omnibus Christianis  
 cujuscumque sint conditionis, admitti  
 In quo præsentibus Curia Romana  
 placitis adlanditur, sed a veteri Ec-  
 clesie Romanæ ipsorumque Pontificum  
 doctrina longe recedit. Nam præter  
 quam quod D. Gregorius Magnus nulli  
 modo Pontificiorum Decretorum me-  
 minit, quasi essent certissimæ fidei re-  
 gulæ, sed tantummodo Canonum Ec-  
 clesie Catholicæ in Conciliis Genera-  
 libus repræsentatæ, cum in Epistola  
 sua Synodica testatur se quatuor prima  
 Concilia non minori reverentia prosequi  
 quam quatuor Evangelia: pervulgatum  
 esse quod Alexander III. cap. *Si quando*  
*Extra de Rescriptis*, ad Archiep. Raven-  
 scribit: *Aut Mandatum nostrum reverentia*  
*adimpleas, aut per literas tuas quare adimple-*  
*non possis, rationabilem causam prætendas*  
*quia patienter sustinebimus, si non feceris*  
*quod prava nobis fuerit insinuatione sug-*  
*gestum.* Et Innocentius III. cap. *A. no-*  
*bis 28. Extra de sententia Excommunic-*  
*tionis*, ut ostendat non esse acquiescen-  
 dum referenti, nisi constet de relato  
*Judicium Dei, inquit, veritati, quæ non*  
*fallit nec fallitur, semper innititur: judi-*  
*cium autem Ecclesie (quanto magis Ro-*  
*mani Pontificis) nonnunquam opinionem*  
 sequi

*sequitur, quam & fallere sæpe contingit & falli.* His duobus scientiæ Canonici gloria florentissimis Pontificibus tertium accedere in sacra Theologiæ Facultate non minus conspicuum, Adrianum VI. qui *Quæstionibus* in lib. 4. Magistri Sententiarum, *quæstione de Sacramento Confirmationis*, art. 3. mentem suam disertissime aperit his verbis: *Certum est quod Pontifex possit errare etiam in iis, quæ tangunt fidem, hæresim per suam determinationem aut decretalem asserendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici.* Hæc quidem scripsisse Adrianum cum esset Doctor privatus; sed ea, postquam assumptus fuit in Pontificem, adeo non ejurasse, ut typis imprimenda Romæ Anno 1522. vel curaverit, vel permiserit.

Quod vero spargunt Curia Romanæ assentatores Constitutionem, quæ incipit *Unigenitus*, ab omnibus orbis Christiani Ecclesiis fuisse acceptatam, id tanquam a vero abhorrens inficiatus est Syndicus Universitatis. Nam illam quidem in regionibus, quas vocant *Obedientiæ*, ad Templorum valvas apponi potuisse ab Inquisitionis Romanæ Ministris, quibus si repugnent earum regionum Episcopi, eandem sint subituri sortem, quam expertus est non ita pridem Episcopus Orvietensis, qui Ministrorum illorum jussu comprehensus, Romam

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Sæc. XVIII translatus est, ubi etiamnum carcere  
 A. C. 1719. inclusus detinetur: verum nullo certo  
 argumento probari posse, Constitutionem illam fuisse usquam ab Episcopis legitime congregatis, prævio examine libero, ut juris est, acceptam, & suarum Ecclesiarum traditioni, consulto prius Clero, seu Presbyterio, consentientem renuntiatam.

Acceptam quidem fuisse illam ab aliquot Episcopis nostratibus, sed tantæ sententiarum diversitate, ut ipsi neque inter se, neque cum Romano Pontifice fuerint concordēs. Id tamen iis esse commune, quod Constitutioni non acquiescant, nisi relatione facta ad interpretationes verborum & sententiarum, quas ex ingenio suo subjecerunt, quæque non minus offendunt Romani Pontificis animum, quam eorum resistentia, qui Constitutionem omnino respuunt. Cum enim ea sit Pontificis voluntas, ut Constitutio sua *pure & simpliciter* accipiatur, non gravius contra ipsum peccari ab iis, qui Constitutionem rejecerint, quam ab aliis qui eam limitatam & suo dumtaxat sensu explicatam admiserint.

His omnibus a Syndico expositis hæc verba conclusit: Jam singuli Universitatis Ordines iisdem fere adductarum rationum momentis, quæ quatuor lustre

lustres Episcopos Mirapicensem, Sene- Sæc. XVIII.  
censem, Montispeffulanum, & Bolonien- A. C. 1719.  
sem, ipsumque Eminentissimum Car-  
dinalem Noailium Archiepiscopum no-  
strum, qui nobis instar millium esse de-  
bet, permoverunt, Appellationem a  
Constitutione, quæ incipit *Unigenitus* ad  
Generale Concilium necessariam esse  
judicaverunt.

Nihil igitur jam mihi superest, in-  
quit, nisi ut a vobis pro meo munere  
postulem, Appellationem illam, salva  
& retenta cum Apostolica Sede, quæ  
est unitatis centrum, communionem,  
salva pariter & illæsa, quæ secundum  
Canones Romano Pontifici B. Petri Suc-  
cessori debetur, reverentia, nomine to-  
tius Universitatis interponi; nec tan-  
tum a prædicta Constitutione, verum  
etiam ab iis, quæ ex illa consecuta sunt  
aut deinceps consequentur, speciatim-  
que a literis promulgatis Romæ die 8.  
Septembris postremo elapsi, ac Romani  
Pontificis nomine ad omnes Christi fi-  
deles emissis; rogarique amplissimum  
Rectorem, ut unacum Viris Academi-  
cis delegatis ad Eminentissimum Car-  
dinalem Noailium Archiepiscopum Pa-  
risiensem se conferat, ipsi nomine Uni-  
versitatis gratulaturus, quod in vindi-  
canda avitæ Religionis puritate, asse-  
xendaque Christianarum Scholarum li-



Sæc. XVIII. bertate, strenuum se & invictum de-  
 A. C. 1719 fensorem exhibuerit.

## §. XIV.

*De Parisiensibus doctrinæ articulis.*

*Dorſavn.  
Journal de  
la Conſt.  
pag. 407.*

Postquam Parisiensis Facultas Theo-  
 logica jam ante biennium primam  
 partem articulorum, in quibus doctrina  
 præfatæ Facultatis exposita erat, typis  
 ediderat, in pluribus Sorbonæ comi-  
 tiis secunda eorum pars examinabatur:  
 ast tot annotationes additæ, propo-  
 sitiones æquivocæ, suspectæ, hærelique  
 proximæ lituris eliminatæ, adhibitæ  
 que temperamentis moderatæ fuerunt,  
 ut omnes omnino articulos ad novam  
 formam esse revocandos, unanimi suf-  
 fragio decerneretur: Cum autem id  
 ob discrepantium opinionum pertinaciam,  
 & fanaticum contradicendi æ-  
 stum gravis & diuturni laboris opus es-  
 set, refractarii Doctores hanc moram  
 in rem suam vertere, interim vero ter-  
 tiam doctrinæ partem, in qua præci-  
 pue de gratia agebatur, obtrudere ni-  
 tebantur. Hunc in finem articulos a  
 se propositos exeunte verni jejunii tem-  
 pore Facultatis Doctoribus consignab-  
 ant: quoniam vero hæc tertia pars  
 haud absimilis a secunda, necnon cre-  
 bris plurium contradictionibus obnoxia  
 effect

*Vid. supra  
t. 68. p. 305.*

effet, hinc non modo Molinistæ, sed etiam probatiores Theologi adversus expositam doctrinam exarsere, palam declarantes, quod hujus doctrinæ fabricatores discordiæ pomum, novaque dissensionum semina jacere, & Facultatem perturbare intenti, perverſas suas opiniones probatis Thomistarum sententiis palliare, illasque tanquam fidei Regulam, aut saltem velut veritates certissimas, eliminata Scholæ Molinisticæ libertate, venditare moliantur: Re ad Philippum Regni Moderatorem delata, Hic Facultatis Decano & Syndico inhibuit, ne ultra hac super re comitia haberentur. Parendum erat mandato, & nil reliquum erat refractariis, nisi ut Regio Præsidi, qui Syndico negligentiam in reprimendo hoc tumultuantium æstu exprobrabat, Decanus responderet, exæstantium ingeniorum intemperiem sedare, rem oppido difficilem esse: Nihilominus altera adhuc die hi Doctores comitia habuere, in quibus quartam quoque doctrinæ partem examini subicere parabant: verum de iis facta nequidem mentione res ad alia comitia die secundo Maij habenda remittebatur. Præstituto die Savignius Doctor prolixo sermone demonstrare satagebat, a Baccalaureis, si qui forte contrariam opi-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Sæc. XVII. nionem propugnarent, nequidem ab  
A. C. 1719. eis exigendum esse, ut primæ parti  
 doctrinæ subscriberent. Huic opinioni  
 sexaginta quatuor Doctores accessere,  
 centum tamen octoginta alii toto co-  
 natu subscriptionum abolitioni obstite-  
 runt. Insuper Regni Moderator per  
 supremum Parlamenti Præsidem & Pro-  
 curatorem Generalem ceteris Doctori-  
 bus acriter exprobravit, quod subscri-  
 ptionis legem Regiis literis ac sententiis  
 approbatam abrogare ausi essent. Nec  
 tamen propterea turbidi Facultatis Do-  
 ctores quieverunt, sed Cadomensis Uni-  
 versitatis appellationem ad acta referri  
 moliebantur, quoniam vero in præfata  
 appellatione Pontificiæ i. fallibilitatis  
 doctrina dicebatur *erronea*, hinc præ-  
 ceteris Tamponetus Doctor contra  
 hanc temeritatem vehementer decla-  
 mabat, demonstrans, quod ab Eccle-  
 siæ exordio nunquam atrocior calum-  
 nia fuisset attentata, nec unquam Fran-  
 cia hanc doctrinam *erroris* incusare, si-  
 mulque omnes totius Orbis, præter  
 Gallicam, Scholas Catholicas de *erro-  
 nea* opinione insimulare ausa fuerit.  
 Prævaluit tamen plurimorum petulan-  
 tia, qua non modo Tamponetus om-  
 nibus Doctoratus honoribus exutus, &  
 Cadomensis appellatio in tabulas fuit  
 relata, sed etiam die decima nona

Janua.

Januarii per speciale Facultatis Parisi- Sæc. XVIII.  
 sinæ decretum declaratum, *erroneum esse* A. C. 1719.  
*quod Papa sit infallibilis.*

§. XV.

*Constitutio Unigenitus a Refractoriis  
 Facultatis Theologicæ Parisiensis  
 Doct̄oribus impugnata.*

Cum ergo renitentes Parisini Doctores Acta publ.  
 se non modo a potissima suorum Const.  
 parte, sed ab ipso etiam Regente & pag 531.  
 Parlamento prohiberi cernerent, quo Declar.  
 minus suæ doctrinæ venenum sub spe- Univ. p. 3.  
 cioso Sorbonæ nomine & auctoritate  
 publicam reddere possent, iram, suam-  
 que vindictam in ipsam Constitutionem  
*Unigenitus* exerere statuerunt: Hunc  
 in finem non modo anno priori die  
 quinta Octobris a præfata Constitutione  
 & literis Pontificiis *Pastoralis* ad futu-  
 rum Concilium Generale appellarunt,  
 sed etiam totius Universitatis Studii  
 Parisiensis nomine declarationem super  
 hac appellatione publici juris fecerunt,  
 eamque tanquam legitimam ac neces-  
 sariam venditare conati sunt. Ut au-  
 tem Lectori innotescat, quanta proter-  
 via, & convitiandi libertate in ipsa Ec-  
 clesiæ viscera grassari soleant ii, qui  
 errores suos, quos sentiendi licentia  
 concepit, superbia peperit, & pervi-  
 cacia

Sæc. XVIII. caçia nutrit, a supremo & legitimo  
 A. C. 1719. Judice damnari dolent, hinc integram,  
 prolixam licet, hanc declarationem  
 inferere, haud incongruum fore cen-  
 fuimus: Suxæ igitur declarationi Pari-  
 sienses hoc præfixere præambulum:

„Ecclesiæ pariter & Regni commo-  
 dis addicta & ex officio suo invigilans  
 Universitas Parisiensis, non sine acer-  
 bissimo doloris sensu vidit mala omnia,  
 quæ utrique aliquot abhinc annis im-  
 portavit Pontificia Constitutio quæ sic  
 incipit, *Unigenitus Dei Filius*. Statim  
 atque in lucem illa prodiit, stupere om-  
 nes Sedis Apostolicæ veri amatores,  
 mœrore intimo percelli antiqui fideles,  
 titubare Neophyti in sua fide, exultare  
 palam & insolenter de Romana Eccle-  
 sia, triumphare Hæretici, omnes deni-  
 que Ecclesiæ & Regni Ordines variis  
 & in præsens & in futurum timoribus  
 ac curis agitari „

„Ad ipsam tot malorum originem  
 oculos convertens Universitas, jam-  
 dudum imminentem hanc procellam  
 prospiciebat. Ex quo scilicet omnia  
 fuere Concilia, quæ ipso edocta Apo-  
 stolorum exemplo Ecclesia ad tuendam  
 Fidei & Disciplinæ integritatem, fræ-  
 numque audaciæ humani ingenii inji-  
 ciendum, sæpissime necessaria duxerat,  
 cæperunt omnia retro fluere, magisque

ac

ac magis ruere in præceps, donec ad hæc tempora perventum est, quibus vel ipsa morborum remedia petere (\*) crimini datur.

Ut vero pateat, quæ a nobis dicuntur, uno veritatis amore dici, & salva, quæ debetur Sedi Apostolicæ reverentia, a qua nunquam recedemus, operæ pretium est audire ea de re loquentem, disciplinæ Ecclesiasticæ peritissimum eundem & studiosissimum, Cardinalem Zabarellam, Archiepiscopum Florentinum. *Mos antiquus habuit, inquit ille, quod omnia negotia difficilia terminabantur per Concilium, & crebro fiebant. Postea vero quidam Summi Pontifices, qui magis ad modum terrenorum Principum, quam Apostolorum, Ecclesiam rexerunt, non curarunt facere Concilia: ex qua omissione prodierunt multa mala . . . Assentatores, qui voluerunt placere Pontificibus, per multa retro tempora, & usque ad hodierna, suaserunt eis, quod omnia possent, & sic quod facerent, quidquid liberet, etiam illicita, & sic plusquam Deus. Ex hoc enim infiniti secuti sunt errores, quia Papa occupavit omnia jura inferiorum Ecclesiarum. Ita quod inferiores Prælati sint pro nihilo. Et nisi Deus succurrat statui Ecclesiæ universalis, Ecclesia periclitetur.*

Zabarella  
Tract. de  
Schismat.  
pag. 703.

Arden-

(\*) Vid. Liter. Romæ affixas 8. Sept. 1718.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Universitas, ut convocatis vel Provincialium, vel totius Ecclesiæ Conciliis, tot malis iretur obviam, statusque rerum ad antiquæ consuetudinis normam, quantum fieri poterat, revocaretur. At dominandi (\*) cupido illa, quam Eugenio III. tantopere metuebat S. Bernardus, & quæ jam pridem Romanam Curiam invasit, Legum vincula reformidans, irritos fecit conatus omnes & vota non solum Universitatis, sed etiam totius Ecclesiæ, in extremis suis calamitatibus opem Conciliorum vehementer implorantis.

Hinc labefactari sensim cœperunt sanctissimæ Leges, cum ipsa simul Christi Ecclesia natæ, constantique & nusquam interrupto tot sæculorum usu consecratæ: in quibus vindicandis quoties, quam animose & constanter majores nostri vocem suam extulerunt!

Hinc novas subinde vires duxit ea, quam variis temporibus Romani Pontifices, pravis (\*\*\*) adulatorum blanditiis

(\*) *Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formida, quam libidinem dominandi* S. Bern. ad Eugen. III. de Confid. lib. 3. c. 1. art. 2.

(\*\*) *Quid magis, inquit clarissimam lumen sacri Cardinalium Collegii* CONTARENUS, *contra*

ditiis decepti, præ se tulerunt de sua *infallibilitate* & omnimoda potentia persuasio. Voluerunt credi se Conciliis generalibus superiores: suam esse ejusmodi auctoritatem, quæ etiam ab universali Ecclesia minime penderet: sua pri-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*contra legem Christi, quæ est lex libertatis, excogitari potest, quam Christianos subiectos esse, parereque debere Pontifici, cui tributum sit a Christo, ut pro arbitrio leges constituat, leges abroget, dispenset in legibus; habeat in his omnibus voluntatem suam pro regula? . . . Per Deum immortalem? nonne hæc Propositio idololatriam sapit? . . . Isti vero . . . ut adulentur Pontificibus, adeo absurdam Positionem non sunt veriti in publicum prodere. Epist. 2. ad Paulum III. Pontif.*

Idem Cardinalis cum aliis octo Prælatiis, sic alloquitur Paulum III. a quo iussu fuerant ipsi præsentibus Ecclesiæ morbos & morborum remedia exponere. *Sanctitas tua . . . probe noverat principium horum malorum inde fuisse, quod nonnulli Pontifices tui Prædecessores, prurientes auribus, ut inquit Apostolus Paulus, coacervaverunt sibi magistros ad desideria sua, non ut ab eis discerent, quod facere deberent; sed ut eorum studio & calliditate inveniretur ratio, qua liceret id quod liberet . . . Ex hoc fonte, sancte Pater, tanquam ex equo Trojano, irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravif-*

Sæc. XVIII. A. C. 1719. privata Decreta pro divinis sancti Spiritus oraculis haberi. Unicos se dederunt Orbi Christiano magistros ac iudices, unicos interpretes veritatis, unicos traditæ a Christo potestatis immediate compotes.

Exinde præscriptum ab Ecclesia & Canonibus judiciorum ordinem pervertunt, arrogata sibi contra fas & leges caussarum ecclesiasticarum definitione etiam in primo congressu, seu in prima, ut ajunt, instantia. Spoliarunt quantum in se fuit, Episcopos Fratres suos tradita illis ab ipso Christo auctoritate, nec passi sunt eos aut ante se, aut secum, aut post se judicare: relictaque illis sola Pontifici Romano obsequendi gloria & ejus Decreta diligenter exsequendi, sublimem Episcopalis Collegii dignitatem ad abjectam servilis ministerii conditionem redigere conati sunt.

Quin

*gravissimi morbi, quibus nunc conspiciamus eos ad desperationem fere salutis laborasse, Et monuisse harum rerum famam ad infideles usque (credat Sanctitas vestra scientibus) qui ob hanc præcipue causam, Christianam religionem derident: adeo ut per nos, per nos, inquam, Nomen Christi blasphemetur inter gentes.*

CONSIL. DELECT.

Quin etiam, ut liberius ad se unos Sæc. XVIII.  
 revocarent omnia, paulatim a se sum- A. C. 1719.  
 moverunt, quos hæctenus semper velut  
 domesticos Assessores habuerant, con-  
 fessum nempe totius Cardinalium Col-  
 legii, sine cuius consilio & assensu nihil  
 definiri posse censuerant antea vel re-  
 tinentissimi suorum jurium Pontifices.

Non contenti totam ad se traxisse  
 spiritualem potentiam, in temporalem  
 invaserunt, quamvis Christus expresse  
 declarasset, suum regnum non esse de  
 hoc mundo. Dominari in eos volue-  
 runt, qui dominum in temporalibus  
 nullum habent præter Deum. Bonifacius  
 VIII. Pau-  
 lus IV. &c. Detur-  
 bare de folio Reges, eorum Regna, cui  
 vellent dono dare, eximere populos ju-  
 rato suis Principibus obsequio, impe-  
 rare subditis rebellionem, & iis impia  
 quandoque arma induere; id scilicet  
 nonnulli eorum singulare privilegium  
 duxerunt plenæ suæ illius & absolutæ  
 potestatis.

Nec minus aliunde fidei moribus-  
 que detrimenti attulit intermissa con-  
 vocandi Synodos consuetudo. Cui e-  
 nim alteri causæ tribuamus illam quo-  
 rundam hominum temeritatem & au-  
 daciam, qui sprete palam Sanctorum  
 Patrum auctoritate, ceterisque eam  
 spernere edoctis, omnem morum di-  
 sciplinam, notissimasque & certissimas  
 officio-

Sæc. XVIII. officiorum ac vitæ regulas, ipsam sancti  
A. C. 1719. Evangelii doctrinam, pravis male ver-  
 suti ingenii subtilitatibus corruperunt? Illi, ut cuique hominum ordini ac sta-  
 tuti gratificarentur, in id dedita opera  
 incubuerunt, ut, quam perarctam esse  
 pronuntiaverat ipsa Veritas salutis viam,  
 melius videlicet humano generi consu-  
 lentes, latiore & nemini non aper-  
 tam redderent. Minime igitur jam  
 coerciti metu sanctarum Synodorum,  
 quæ maxime poterant adversus hanc  
 gliscentem magis in dies Casuistarum  
 corruptelam firmissimos Canonum obi-  
 ces opponere, laxatis humanæ cupidi-  
 tati habenis, monstruosas illas in lucem  
 protulerunt de morum doctrina opinio-  
 nes, quarum olim vel Romam ethni-  
 cam puduisset.

Ex eodem fonte profluxit uberius  
 effrenata illa novorum systematum li-  
 centia, super gravissimis fidei dogmati-  
 bus, ac præsertim super Gratix & Præ-  
 destinationis mysterio. Neglecta reve-  
 latione sancti Spiritus, *qui solus scru-*  
*tatur profunda Dei,* & solus manifestare  
 nobis potest consilia Dei super filios  
 hominum, quod facere dignatus est  
 sacris Scripturarum libris & divino  
 Traditionis canali: humanus animus,  
 suis tantummodo tenebris & una super-  
 biæ contumacia subnixus, novum se  
 dedit

I. Cor. 2. 10.

dedit inscrutabilium Dei consiliorum Sæc. XVIII. A.C. 1719.  
 interpretem; aususque est insana re-  
 centium *adinventionum* commenta æter-  
 nis divinæ sapientiæ oraculis substituere. Sub Clemen. VIII. & Paulo V.  
 Jam in illa percelebri Congregatione de  
 Auxiliis fabricatum fuerat metuendum  
 fulmen, quo perfossa Novitas mox erat  
 applaudente Christiano orbe conteren-  
 da. At, proh dolor! occultis subdo-  
 lorum hominum molitionibus re in lon-  
 gum tracta, publicam proscriptionis in-  
 famiam, quod nunquam in Synodo ge-  
 nerali contigisset, evasit.

Ex illa impunitate abundantius re-  
 pullulavit Error sub variis nominibus  
 ac formis; factusque audacior, ipsi  
 Veritati falsitatis & damnationis notam  
 inurere sæpius tentavit, ut solus re-  
 gnaret.

Grassante magis ac magis novarum  
 opinionum contagione, eo tandem ven-  
 tum est, ut sub oculis ipsius Romani  
 Pontificis, non ignotus, nec e plebe  
 scriptor, sed fulgens Romana purpura  
 Cardinalis, jactanter venditaverit so-  
 lutum a se Nodum Prædestinationis,  
 quem ad tertium usque cælum eve-  
 ctus Gratia Doctor fatetur esse inso-  
 lubilem. Non possunt Christianæ au-  
 res sine indignatione & horrore au-  
Rom. II. v. 33. & 34.  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.* H dire

Sæc. XVIII. dire quæ ille docuit (\*). 1. Infantes, qui sine gratia baptismatis Christi moriuntur, innocentiae personalis securos reddi, & ad aliquid, quod ipsa vita æterna melius sit, destinari. 2. Infideles, qui ob ignorationem Dei præcepta naturalia transgrediuntur, poenas æternas non mereri, & hanc ignoracionem esse singulare donum Dei, atque adeo, ut observant quinque Gallicani Præfules in sua illa præclara Innocentium XII. Epistola, „reddi impeccabiles, atque ab æterna poena prorsus immunes, etiam parricidas, hospites“

(\*) 1. Infantes, qui baptismo non tincti, præmature abripiuntur, ad aliquid, quod ipsa vita æterna melius sit, destinari . . . eos innocentiae personalis securos reddi . . . eos conservari ne peccent, ne iacturam innocentiae faciant, & perpetuis ignibus crucientur, quæ omnia & maxima beneficia sunt, & cælestium gratiarum certa ratione præferenda. 2. Demus, qui ait Sfrondratrus, Basileenses aliosque Deum invocasse, id quoque magna beneficii & gratiae præsentium fuit. Cum enim peccatum sit essentialiter offensio & injuria Dei, sublata Dei cognitione, necesse sequitur, nec injuriam, nec peccatum nec æternam poenam esse, Sfondrat. Nod. prædest. dissol. Opus illud typis mandatum Romæ Anno 1696. Vid. Tom. 66. p. 391.

„hospitum necatores, ac portenta li- Sæc. XVIII.  
 „bidinum confectantes; quos Deus tanta A. C. 1719.  
 „gratia, hoc est cæcitate mentis, sum-  
 „maque sui ignoratione donaverit.

En quo perduxit Ecclesiam neglecta convocandi Synodos saluberrima consuetudo! At dici vere potest, has fidei morumque doctrinæ labes & corruptelas, hæc monstra novarum opinionum, quæ hæctenus nonnisi timide & separatim prodire in lucem ausa fuerant, elato capite nunc erupisse simul universa. Sub hujus quippe recentis Constitutionis umbra & velut tutela securi novitatum fautores impune jam disseminant sua illa tot Romanorum Pontificum Clerique Gallicani & Universitatum censuris confossa dogmata.

Cum igitur videremus (\*) mala omnia, quibus nunc conflictamur, orta esse ex illa convocandorum Conciliorum intermissione, quid opportunius a nobis fieri potuit, quam ut in gravissimis ac pene desperatis Ecclesiæ morbis, implorata ope supremi Concilii, confugeremus ad extrema hæc Appellationis remedia, quæ majores nostri

H 2 in

(\*) Si radicem omnium malorum, quæ ex multis partibus passa est Ecclesia, consideres, tota surrexit ab omissione Conciliorum. Zabarrel. pag. 694.

Sæc. XVIII. in rebus longe minoris momenti frequenter adhibuerunt, ut videre est in articulo 3. Memorialis, quod ad sui defensionem Serenissimo Regni Regenti obtulit Universitas 7. Junii Anno 1717.

Atque ut melius intelligatur, quam arcta & urgens necessitas nobis incubuerit provocandi a Constitutione *Unigenitus* ad futurum Generale Concilium, proponemus hic præcipua momenta, quibus nos impulsus ad id fuimus, ducti & ex iis, quæ Constitutionem præcesserunt, & ex iis, quæ in ipsa Constitutione habentur, & ex iis, quæ Constitutionem consecuta sunt: quæ quidem omnia compluribus jam doctissimorum Theologorum & Illustrium Episcoporum scriptis fusius demonstrata, nunc leviter tantum & strictim attingemus.

## §. XVI.

PRIMA PARS.  
QUÆ CONSTITUTIONEM  
PRÆCESSERUNT.

Ex iis, quæ ante Constitutionem præfenti in negotio contigerunt, præsertim impugnant libertates nostras, quæ quidem libertates ipsis constitutæ Hierarchiæ principiis, & sacris veterum Canonum institutis, quorum rebus

mentis

mentissima semper fuit Ecclesia Galli- Sæc. XVIII.  
cana: 1. quod caussa hæc in prima in- A. C. 1719.  
stantia delata sit ad Romanum Pontifi-  
cem; 2. quod iudicata sit ab eo pri-  
vatim contra morem & Canones; 3.  
quod Auctorem Libri, de quo ageba-  
tur, audire recusaverit.

I.

*Caussa hæc non debuit in prima instan-  
tia deferri ad Romanum Pon-  
tificem.*

Cum sit Romanus Pontifex legiti-  
mus successor Beati Petri, in quo pri-  
matus Apostolorum tam excellenti gratia S. Aug. l. 2.  
de bapt.  
contr. Don.  
cap. 1.  
Idem Ep. 43.  
præminet, vere & ex animo agnosci-  
mus jus idem illud competere Pastori  
Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apo-  
stolicæ Cathedræ viguit principatus. Sin-  
gulare illud Romanæ Sedis privilegium,  
absit, ut nos unquam in dubium revo-  
care aggrediamur: at absit pariter, ut  
sacram Episcoporum auctoritatem vel  
leviter imminutam velimus.

Christus Dominus omnes Aposto-  
los, & in eorum persona omnes Epi-  
scopos, eorumdem successores, rerum  
personarumque Ecclesiasticarum ac Fi-  
dei iudices constituit. A primis tem-  
poribus constanter assertum fuit Episco-

Sæc. XVIII. pis Jus istiusmodi cauffas in sua pro-  
A. C. 1719. vincia natas prima actione iudicandi.

Sardicenfis quidem (\*) Synodico de-  
creto ad honorandam Petri memoriam san-  
Can. 3. citum est, ut, si quis Episcopus in pro-  
Conc. Sard. vincia sua damnatus conquereretur,  
ad Beatiffimum Romanæ Ecclesiæ Epi-  
scopum posset recurrere, ut, si retra-  
ctandi iudicii locum esse existimaret  
Romanus Pontifex, in provincia iudi-  
cium de novo institueretur. Verum  
hoc semper immotum manere voluit  
Syno

(\*) Can. 5. alias 7. Sardic. *Ofius Episco-  
pus dixit. Placuit autem, ut si Episcopus ac-  
cusatus fuerit, & iudicaverint congregati Epi-  
scopi regionis illius, & de gradu suo eum de-  
jecerint, si appellaverit, qui dejectus est, & con-  
fugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, &  
voluerit se audiri; si iustum putaverit, ut re-  
vetur iudicium, vel discussionis examen, scribere  
dignetur his Episcopis, qui in finitima Pro-  
vincia sunt, UT IPSI DILIGENTER OM-  
NINO REQUIRANT, & juxta fidem veri-  
tatis definiant. Quod si is, qui rogat cauffam  
suam iterum audiri, deprecatione sua moverit  
Episcopum Romanum, ut e latere suo presbyte-  
rum mittat, erit in potestate Episcopi quid vellet  
& quid æstimet. Et si decreverit mittendo  
esse, qui præfentes cum Episcopis iudicent, ha-  
bentes ejus auctoritatem, a quo missi sunt, erit  
in suo arbitrio.*

Synodus Sardicensis, ut Episcopi Provinciae causas apud se natas prima cognitione judicarent. Atque Jus Episcoporum causas etiam majores in Synodo Provinciae judicandi in prima, ut Epistola secunda ad Victricium Rothomagensis. *Si majores causae in medium fuerint devolutae, inquit, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & vetus consuetudo exigit, POST EPISCOPALE JUDICIUM referantur.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Tom. 2.  
Concil. concilium. 1250.

Si qua unquam causa a Gallis Episcopis judicari debuit, hæc certe de qua nunc agitur. Liber, unde una & centum propositiones excerptæ sunt, in Gallia editus fuerat, Gallico idiomate conscriptus, a tribus Galliae Episcopis approbatus. Illæ propositiones ad fidem, ad disciplinam, ad mores, ad jura Regum, ad hierarchiam pertinent. Illius libri occasione nata fuerat contentio inter Episcopos Lucionensem & Rupellensem ex una parte, & Eminentissimum Cardinalem Noaillium eundemque Parisiensem Archiepiscopum ex altera; jamque editis utrimque Mandatis ea contentio in publicum eruperat. Transferendæ Romam talis causæ quænam justa ratio esse poterat?

H 4

„Pe-

Sæc. XVII.

A. C. 1719.

*In eandem  
rem Episc.  
Lingon. suo  
& Laudun.  
Episc. nomi-  
ne Epistolam  
scripsit ad  
Regem Chri-  
stianissimum  
29. April.  
1719.*

„Petere quavis de caussa a Roma-  
no Pontifice Constitutiones, quibus  
proscribantur libri, quorum nos legi-  
tini & naturales Judices sumus, quid  
aliud est (inquebant Episcopi Laudun-  
ensis & Lingonensis in Memoriali  
quod hac de re obtulerunt Serenissi-  
mo Delphino 3. Febr. Anno 1712)  
quam Ecclesiæ & Regni jura lædere,  
deprimere Episcopatum, maculam  
injungere Episcoporum honori, quorum  
plerique, si unquam alias, ea erudi-  
tione florent, ut facile possint Cle-  
Gallicani decus & famam tueri, quod  
inter alios, Europæ tota, singulari sem-  
per doctrinæ luce emicuit? Audemus  
affirmare ejusmodi Constitutiones in  
Gallia acceptatas, insolentes esse, de-  
cessoribus nostris ignotas, & ultima  
demum sæculo in hoc Regnum inve-  
ntas. Profitemur nos Romani Popu-  
liticis præ eminentiam agnoscere, dum  
dicimus posse ad ipsum ab Episcopo-  
rum judiciis appellari: at iidem, illi  
læsa ipsius dignitate, contendimus id  
juris nunquam eum sibi arrogare pos-  
se, ut prima actione, seu in prima  
ut ajunt, instantia judicet.

Ad tuendum jus Episcoporum con-  
veniens hic duximus Episcopalis vo-  
cis patrocinium adhibere. At per se  
patet æquitati & recto ordini consenta-  
neum

neum fuisse, ut SS. P. Clemens XI. de-  
ferentibus hanc causam ad eum con-  
tra Canones Episcopis Lucionensi & Ru-  
pellensi idem responderet, quod olim  
Episcopo cuidam S. Leo, suorum ille  
quidem jurium bene conscius & reti-  
nens, sed veterum Canonum longe re-  
tinentior. *Sollicitudinis quidem tuæ, in-  
quiebat ille, hic ordo esse debuerat, ut  
cum Metropolitano tuo primitus de eo quod  
querendum videbatur esse, conferres; ac si  
id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse  
nesciret, instrui vos pariter posceretis; quia  
in causis, quæ ad generalem observantiam  
pertinent omnium Domini Sacerdotum, ni-  
hil sine Primatibus oportet inquiri.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*S. Leo, Epist.  
83. ad Theo-  
dorum Foro-  
juliensem.*

II.

*Hæc causa judicata est privatim à Ro-  
mano Pontifice contra Canones &  
consuetudinem.*

Sive antiquam Ecclesiæ disciplinam,  
sive recentiore consuetudinem confi-  
deremus, extra dubium est, non posse  
quidquam paulo majoris momenti a  
Romano Pontifice definiri, nisi Epi-  
scopos provinciæ, aut saltem Clerum  
Ecclesiæ Romanæ consuluerit.

Testem protinus in medium produ-  
cemus non suspectum Romanæ Curiaë,  
Lucam Holsteinium, Vaticanæ Biblio-

H 5

theca

Sæc. XVIII. thecæ Præfectum, profunda eruditio  
A. C. 1719. ne percelebrem. *Vel leviter in Eccle-*

*Lucas Holstein. in Notis ad Synod. Rom. Bonif. II. Tom. IV. Concil. pag. 1723.* *siastica Historia versati, inquit ille, sciunt moris fuisse antiqui, ut quoties de graviori momenti negotio ad Apostolicam ceterasque majores Sedes referretur, non solum Cæsaribus Urbicus, sed etiam Episcopi in Comitatu commorantes ad consilium commune de liberationemque convocarentur. Ejus re exemplum hæc Acta continent . . . Verum ut ceteri minores Episcopi ad res ecclesiasticas dirigendas suæ cujusque civitatis Presbyteros ad Concilium vocabant, quia collectis in unum multorum sententiis facilius, quam ex usu est perspicitur: ita quoque Romani Pontifices . . . ad deliberationes & Concilia Ecclesiastica Presbyteros Urbis, & Episcopos qui forte aderant, aut etiam propinquo ad id ipsum accersebantur, adhibere ab antiquo consuevere.*

*S. Cornel.  
Ep. 49. ad  
Cyprian.*

Omnium Romanorum Pontificum nomine audiri potest S. Cornelius, qui sic de se ipse loquitur: *Omni igitur ad me perlato, placuit contrahi PRESBYTERIUM. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentibus fuerunt ut firmato consilio quid . . . observari deberet CONSENSU OMNIUM statueretur Romani Pontifices, qui, ut dignitate ceteris præeminent, ita tuendæ puritatis fidei & servandæ veteris disciplina primas sibi partes vindicabant, fuerunt*

perdiu tenacissimi antiqui moris; a quo Sæc. XVIII. utinam nunquam recessissent. *Contra A. C. 1719. statuta Patrum condere aliquid vel mutare, inquit Zosimus, nec hujus quidem Sedis potest auctoritas. Apud nos enim invulsis radicibus vivit antiquitas, cui Decreta Patrum sanxere reverentiam.* *Zosim apud Gratian. 25. q. l. c. contra.*

Olim igitur, ut observat Petrus de Marca Archiepiscopus Tolosanus, *una cum Synodorum tractatu negotia universalis Ecclesie procurabant summi Pontifices: sed posterioribus temporibus loco veterum Synodorum in consilium adhibuerunt Cardinales. Nihil autem posse Romanos Pontifices paulo gravioris momenti sine eorum consensu statuere, pluribus argumentis evincitur.* *De Marca de Concord. l. I. c. 9. n. 7.*

1. „Papæ omnes in ingressu suo ad „Pontificatum, interposita jurisjurandi „religione, omnia Decreta Canonica prædecessorum suorum, quæcumque „nodaliter statuissent, & probata essent, „confirmabant, eaque se indiminuta „servaturos pollicebantur, & cum S. R. E. „Cardinalium consilio, consensu, directione ministerium suum peracturos.

2. Perpetuo usu patet, eorum de gravibus negotiis Constitutiones nunquam fuisse editas & publicatas nisi consentiente Cardinalium Collegio. Ea ratione damnavit articulos Lutheri *Concil. Leo Tom. IV. pag. 394.*

Sæc. XVIII. Leo X. omnibus rite pensatis ac sæpius ventilatis cum S. R. E. Cardinalibus, &c.

*Hist. Univ.*  
*Tom. V.*  
*pag. 211.*

Legimus in Actis nostris ad Anno 1410. Bullam quamdam secundam, quæ Mendicantes spectabat, ab Universitate rejectam fuisse, quia dicitur in prima Bulla QUOD IPSA PROCES- SIT DE CONSILIO FRATRUM, in secunda minime . . . Et ergo miratur Universitas, quare Papa dubitat illam Bullam annullare, & irritam declarare.

*Concil.*  
*Tom. X.*  
*pag. 768.*

3. Papæ ipsi agnoverunt factas sine Cardinalium consensu Constitutiones nullas esse & irritas; & si quando ipsæ ab hac regula recesserunt, palam ea & libere exprobratum est, id esse contra Canones. Paschalis II. icti cum imperatore Henrico V. fœderis nullitatem inde repetit: Quod, inquit sine Fratrum consilio aut subscriptionibus feci. Plurimum Bonifacii VIII. Constitutionum suspensio effectum Benedictus XI. Quia predecessor noster, ait, de Fratrum suorum consilio statuta non edidit supradicta.

*Jacobus*  
*Cardin. Pa-*  
*piensis l. 2.*  
*Comment.*  
*p. 371. &*  
*372.*

Quoniam autem interdum Pontifices istam cautionem verbo inferebant Decretis suis, re ipsa negligebant; inter alia multa hoc statuerunt Cardinales, ne liceret deinceps, in Diplomati- bus factum dicere ex Fratrum consilio, quod ad verum consulentibus eis decretum non esset. Sed quid possunt sanctissimæ leges, quid potest

potest ipsa jurisjurandi religio contra Sæc. XVIII.  
 dominandi dulcedinem? In hæc sta- A. C. 1719.  
 tuta juraverat, cum esset Cardinalis,  
 Paulus II. Juravit iterum in eadem fa-  
 ctus Pontifex. Et mox ea omnia aper-  
 tissime violavit, intentara etiam Ex-  
 communicationis pœna Cardinalibus,  
 si auderent sibi obsistere. Hoc obligatæ  
 fidei ludibrium scriptis ad eum literis  
 vere Episcopali constantia ipsi expro-  
 brabat decus illorum temporum Cardi-  
 nalis Papiensis.

*Card. Papi.*  
*ep. 181. &*  
*182.*

Si tenetur Papa alicujus momenti  
 negotia decidere in Concilio, aut sal-  
 tem in Consistorio Cardinalium, in con-  
 fesso erit apud omnes, id multo magis  
 in iis, quæ ad fidem pertinent fieri o-  
 portere. Quod adeo verum est, ut ad-  
 dictissimi Curix Romanæ scriptores,  
 illi etiam, qui Romani Pontificis infalli-  
 bilitatem acerrime tuentur, Papam ex  
 Cathedra loquentem, & infallibilitatis  
 privilegio donatum non considerent,  
 nisi cum facta in Concilio, aut saltem  
 in toto Cardinalium Collegio post lon-  
 gum & maturum examen Decreta pro-  
 ponit Ecclesiæ.

*Cardin. de*  
*Turrecre-*  
*mata, &c.*

Porro negari non potest, inter gra-  
 vissimas causas cœnseri debuisse eam,  
 de qua nunc dicimus; ubi fama ageba-  
 tur plurium Illustrissimorum Præsulum,  
 qui delato ad Censores Romanos Con-  
 sidera-

Sæc. XVIII. A. C. 1719. fiderationum Libro suæ approbationis  
 sigillum apposuerant; ubi una & ce-  
 tum propositiones ad Fidem, ad Di-  
 sciplinam, ad Sacramenta, ad sacran-  
 Hierarchiam, ad Regnorum & Eccle-  
 siarum jura pertinentes discutienda  
 erant. Quid in illa occasione SS. P.  
 Clemens XI? An ex antiquo more de-  
 cessorum suorum & Canonum præscri-  
 pto Episcoporum Synodum convoca-  
 vit? An saltem collecto Cardinalium  
 Collegio, sine quorum assensu nihil sta-  
 tuere potest, exemplo Leonis X. do-  
 ctissimos quosque Theologos consulto-  
 aut celebriorum Universitatum prævi-  
 judicia petiit? Ad excutiendas tot  
 tam implicatas quæstiones paucos tan-  
 tum Consultores nominavit cum duo-  
 bus Cardinalibus, quorum alter aper-  
 tus hostis erat nostrarum libertatum  
 quibus postea paucos alios Cardinales  
 plerosque variis de causis non minus  
 suspectos, ad speciem & formam ad-  
 junxit, injuncta omnibus per jurame-  
 tum inviolati silentii necessitate in ejus-  
 modi negotio, quod omnium oculos  
 omnium ora, omnium testimonia pe-  
 stulabat. Ista judicandi ratio, qua  
 nomine tantum distat a Tribunali In-  
 quisitionis, quod nos plane rejicimus  
 antiquis Ecclesiæ legibus, & præsent  
 etiam disciplinæ omnino contraria est  
 nostras

nostrasque & omnium Ecclesiarum libertates penitus labefactat.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

III.

*Denegata contra leges Auctori Libri  
Considerationum audientia.*

Tam parum legitimæ illius iudicii formæ cumulum addit denegata perseveranter Auctori Considerationum audientia. Qua nos injuria eo vehementius permoveri debemus, quod Auctor ille e nostris alumni & Magistris unus est, & in Parisiensis Academiæ sinu doctrinam illam hausit de Ecclesiæ & (\*) Regum potestate, quæ in illum forte Censores Romanos non mediocriter accendit.

Vetant divinæ humanæque leges quemquam inauditum damnari. *Num. Joan. 7. 51.*  
*quid lex nostra, inquiebat homo Judæus ad Principem Sacerdotum, judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? . . . Non est Romanis consuetudo, inquiebat idem contra Principes Sacerdotum homo ethnicus, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentibus habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*

In

(\*) Scripsit Lib. de Supr. Reg. potest. Parisiis editum Anno 1704.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Bulla  
Leon. X.  
contra Lu-  
therum.*

In primo omnium Concilio, quod Hierosolymis habitum est, auditæ diligenter utrimque partes. In omnibus itidem Conciliis auditi, quorum intererat, si ultro adessent: si vero vel per ignorantiam, vel per incuriam, vel etiam per contumaciam abessent, rogati, invitati, citati, jussi fuere, ut causam suam defensuri ad Tribunal Ecclesiæ se sisterent. Sic olim cum Ario, cum Nestorio, cum Eutychete; sic postremis hisce temporibus cum Luthero actum est. *Bone Deus*, inquit Leo X. ipsum Deum testem appellans paternæ suæ sollicitudinis & caritatis ad revocandum in Ecclesiæ Matris hunc hæresiarcham; quid prætermisimus, quid non fecimus, quid paternæ caritatis omisimus, ut eum ab hujusmodi erroribus revocarem? Postquam enim ipsam citavimus, mitius cum ipso procedere volentes, illum invitavimus, atque tam per diversos tractatus cum Legato nostro habitos, quam per literas nostras, hortati fuimus, ut a prædictis erroribus discederet, aut oblato etiam salvo conductu & pecuniâ ad iter necessaria, sine metu . . . veniret, ac Salvatoris nostri, Apostolique Pauli exemplo, non occulto, sed palam & in scientie loqueretur. Est hæc scilicet non scripta, sed nata lex, & omnium hominum animis insita vel barbarorum, ut

rei quilibet, etiam scelerati, etiam im-  
pii & sacrilegi, nunquam inauditi  
damnentur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Hoc religiose antea observaverat  
erga Wiclefum fato functum Joannes  
XXIII. Convocato Romæ Concilio ad  
damnandos quosdam libros illius hæ-  
retici in sua contra matrem Ecclesiam  
rebellionem mortui, quamvis tunc mu-  
tus & surdus jaceret in sepulcro, vi-  
dereturque ejus memoria non posse nisi  
horrori esse, oblatum est ei tamen be-  
nigna invitatione alienæ vocis patroci-  
nium, ut sit apud Judices erga cada-  
ver hominis mortui, ne scilicet in ju-  
dicio Ecclesiastico violata utcumque dici  
posset naturæ lex, quæ vetat quem-  
quam indefensum damnari. *Monemus Concil. Ed.*  
*insuper; inquit ille Pontifex, auctori-*  
*tate præmissa (Concilii) omnes & singu-*  
*los, qui voluerint tueri memoriam dicti Joan-*  
*nis Wickless, ut infra novem menses proxi-*  
*me futuros . . . compareant apud Sedem*  
*Apostolicam, coram nobis . . . dicturi &*  
*allegaturi quicquid voluerint, ne idem Joan-*  
*nes, licet ab humanis ereptus, de hæresi*  
*condemnetur.*

Lab.  
Tom. XI.  
pag. 2323.

At id vivus & spirans Christi sacer-  
dos, fidei Ecclesiæ & sanctæ Sedis Apo-  
stolicæ unitati inviolate adhærens, nul-  
lis unquam precibus impetrare potuit.  
Statim atque ille publicis rumoribus  
*Hist. Eccles. Tom. LXX. 1 au-*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

audiit Librum suum Romæ examinari, scripsit ad SS. P. N. Clementem XI. plenas obsequii & reverentiæ Literas, quibus tanquam singulare beneficium enixe & suppliciter efflagitabat, quod ultro offerendum fuit, ut in sua causa audiretur. *Advolutus animo ad Sanctitatis Vestræ pedes enixe supplico, inquit, ut Clementia Vestra jubeat communicari mecum ac declarari mihi Propositiones eaque sigillatim excerptæ & quasi censuræ dignæ ad Apostolicum vestrum judicium delatæ sunt: ut si qua propositio sit, manifeste erronea, aut quæ ad errorem tendat vel tendere posse videatur, eam ab eaque ambiguitate aut tergiversatione, vel tractem, vel explicem; ne quis de doctrina aut mente mea, aut de vero ac genuino Libri mei sensu dubitandi locus supersit, unde facti quæstio rursus enascatur.*

*Felix Vitalat. Lud. Ant. & Gasst. Joann. Bapt. Lud. de Noailles, Catalaunenses Episcopi.*

Ad hanc tam subditi filii urgentissimam obtestationem accedebat non spernenda sane auctoritas Episcoporum sanctitate & doctrina illustrium, ac præsertim Eminentissimi Cardinalis Noailles, qui non modo approbaverant Librum Considerationum, sed ejus lectio nem, tanquam alendæ pietati peridoneam, suæ Diæceseos Fidelibus commendaverant. Æquum videbatur, ut in tam justa postulatione, eorum quæ haberetur aliqua ratio: idque eo

magis, quod non solos Auctoris vivi Sæc. XVIII. A. C. 1719.  
 liber, sed persona quoque & fama a-  
 geretur; cum ab eo *sacrum Novi Testa-*  
*menti textum damnabiliter vitiatum*, ex-  
 presse, quamquam sine ullis argumen-  
 tis, arguat Constitutio, *pluriesque in*  
*alienos, exoticos, ac sæpe noxios sensus*  
*non sine maxima perversione detortum*: &  
 Propositiones ab ipso prolatae dicantur  
 eo animo, ut *sagittet in obscuro rectos*  
*corde*. An postulandi vel causa justior,  
 vel modus honestior fingi potest? Nul-  
 lus tamen ad Judicis aures & animum  
 aditus patuit.

§. XVII.

SECUNDA PARS.  
 QUÆ IN CONSTITUTIONE  
 HABENTUR.

In ipsa Constitutione duo spectari pos-  
 sunt: Adjuncta, seu Claululæ, quas  
 illa diversis partibus continet, & Do-  
 ctрина, quæ ex damnatione Propositio-  
 num eruitur. Utrumque autem sive  
 nostris libertatibus, sive purioribus fi-  
 dei, morum, & disciplinæ principiis  
 penitus adversari, vel ipsa Constitutio-  
 nis lectione cognosci potest.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

I.

*Constitutionis Adjuncta seu Clausula.*

Multa insunt in ipso Constitutionis stylo, quæ nostris libertatibus Episcoporumque auctoritati plane contraria sunt, & quæ Romano Pontifici infallibilitatem, si non verbo, at re ipsa astruunt.

I. PRÆCIPIMUS, inquit SS. P. Clemens XI. *Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis . . . ut contradictores & rebelles quoscumque per censuras, & pœnas præfatas . . . omnino coerceant.* Non est ista vox nec Episcopi, nec ad Episcopos: non est iste sermo Petri: *1. Petr. 5. 1. iniores . . . inquebat ille Presbyteres alloquens, obsecro consenior.* Sanctus item Bernardus, contra celsæ dignitatis pericula salutaribus monitis Eugenium III. Papam instruens in eo libro quem ipse SS. P. Clemens XI. ad proprios usus in Gallia edi typis jussit. *De Confid. lib. 4. c. 7. Consideres, ajebat, ante omnia sanctam Romanam Ecclesiam, cui Deo auctoritate præes, Ecclesiarum Matrem esse non DOMINAM, te veronon DOMINUM Episcoporum, sed unum ex ipsis; porro fratrem diligentium Deum, & participem mentium Deum.* Profecto si se ipsum SS. P. Clemens XI. si proprios animi sensu

con

consulet, sic potius cum Gregorio Magno, quem attributa illi **JUSSIONIS** imperiosa vox vehementissime offenderat, Episcopos alloquetur: *Vestra Beatitudo . . . mihi loquitur, dicens, SICUT JUSSISTIS. Quod verbum JUSSIONIS* peto a meo auditu removete: quia scio qui sum, qui estis. Loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo **JUSSI**, sed quæ utilia visa sunt, indicare curavi . . . Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est honor universalis Ecclesie. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor . . . Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & caritatem vulnerant . . . Mihi injuriam facio, inquit idem alibi, si fratrum meorum jura perturbo . . . Sicut ab aliis nostra exigimus, ita singulis sua jura servamus. Episcoporum autem jura sunt hæc, ab ipso Christo eis tradita, ut propositam novam Definitionem cum fide suarum Diæceseon, & cum universalis Ecclesie doctrina ut arbitri & judices comparent; a qua si forte abhorreat, eam modeste quidem, sed constanter repudiare debent, nedum ei adversantes Ecclesiasticis pœnis & censuris coercere teneantur. Hoc legitimus ordo judiciorum, hoc antiqui Canones, hoc

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Lib. 8.  
Ep. 30. ad  
Eulog. Alex.

Lib. 3.  
Ep. 52.

Lib. 3.  
Ep. 29.

Sæc. XVIII Episcopalis dignitas, hoc nostræ libertates postulant.

Die 15. Febr.  
1714.

2. Suprema Senatus Parisiensis Curia, cum inscribi iussit suis Commentariis Constitutionem *Unigenitus*, prudentissimam hanc cautionem adhibuit non ideo approbari *Decreta*, quæ in Regno minime acceptata, *Constitutio* tamen enunciaret. Significare profecto imprimis voluit (1) Decretum Clementis IX. datum 20. Aprilis 1668, quo Montensis versio Novi Testamenti prohibetur, & (2) Decretum Clementis XI. datum 13. Julii 1708. contra considerationes Morales. Utriusque fit mentio in Constitutione, nec minus asperere in eorum violatores sævitur, quam si legitimam utrumque in Gallia auctoritatem obtineret. Scilicet hoc sibi juris arrogatum jam dudum quærit Romana Curia, quidquid semel illa ubicumque vel quomodocumque statuit, hoc servare singuli Fideles toto orbe Christiano tenentur. Quod quidem si admittatur & tot injuriosa Decreta, quæ boni omnes averfantur, ideo vigere dicantur in Gallia, quia Romæ publicata sunt.

*Bullæ, unam sanctam . . . & quæ vulgo dicitur in Cæna Domini &c.*

(1) *Alteri dudum reprobatae versioni Gallicæ Montensi in multis conformem reperimus.*

(2) *Accepimus Librum . . . tametsi alias Nobis damnatum . . . adhuc a pluribus haberi.*

quis non videt non solum ruere fundi-  
tus libertates nostras, sed actum esse  
& de salute Regum nostrorum. & de  
totius Regni incolumitate? Esse au-  
tem etiam nunc hanc mentem Roma-  
næ Curiaë satis nos edocent illæ de re-  
bus Siculis Monitoriales Literæ, quæ  
affixæ fuerunt Romæ 9. Decembris 1715.  
& suppressæ Decreto supremæ Senatus  
Parisiensis Curiaë, die 15. Januarii An-  
no 1716. quibus declaratur: *Omnibus  
Christi Fidelibus perspectum exploratumque  
esse Sandiones, Decreta, ac Constitutio-  
nes, quæ ab Oraculo supremi & visibilis  
Ecclesie Capitæ, Christique in terris Vi-  
carii emanant, utpote divina potestate sul-  
cita, per se ipsa, ubicumque locorum, in-  
dependentem a quacumque humana auctori-  
tate, paratam executionem habere.* Pu-  
dere nos profecto debeat & Gallos &  
Academicos, si minus attentæ & for-  
tes ad tuenda jura nostra fuerimus,  
quam ad ea subvertenda constans sit  
& pertinax Romana Curia.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

3. Damnantur Constitutione omnia  
opera quæcumque scripta sunt, aut  
scribi deinceps potuerunt ad defensio-  
nem Libri Considerationum; ita ut non  
solum ipsi reo vox, sed ceteris etiam  
omnibus sub pœna gravissimorum Ec-  
clesiæ fulminum præcludatur; nec da-  
tur licentia provocandi ad aliud tri-  
bunal:

*Damnamus  
alios omnes  
& singulos  
in ejus de-  
fensionem,  
tam scripto  
quam typis  
editos, seu  
forsan (quod  
Deus aver-  
tat) edendos  
libros.*



Sæc. XVIII. A. C. 1719. bunal: quasi usquam & a quoquam ne-  
 fas sit defendi, qui semel Pontificia sen-  
 tentia damnatus fuerit. At si non sit  
 infallibilis Romanus Pontifex, si, ut  
 ceteri homines, fraudi & errori pateat  
 (*certum est autem ex Concilio Basiliensi Papam errare posse*) qua ratione  
 poterit vexata veritas sibi viam per-  
 rumpere ad Pontificias aures, cum  
 ante, & post judicium, ipsi & omni-  
 bus ejus amicis & defensoribus os ob-  
 struatur?

*Epist. ad  
 Agin. Episc.*

Hac damnatione involvitur etiam  
 scriptum fato nunc functi perillustri  
 Bossuetii, Meldensium Antistitis, cu-  
 titulus *Defensio Considerationum Mor-  
 lium*. Opus illud, (quod multis ante  
 Constitutionem annis scriptum a Bos-  
 suetio veros ejus de Libro Considera-  
 tionum sensus continere testatur digni-  
 simus fide Eminentissimus Cardinalis  
 Noaillius) in thesauro secreti sui re-  
 condiderat divina Providentia, ut in  
 valido legum auxilio, acerrimi illius  
 dum viveret, Catholicæ fidei defensor  
 ris, etiam mortui vox & auctoritas la-  
 boranti veritati & justitiæ succurreret.  
 Si parendum sit Constitutioni, quæ e-  
 jusmodi operum *lectionem, descriptionem,  
 retentionem, & usum omnibus & singulis  
 Christi fidelibus SUB POENA EX-  
 COMMUNICATIONIS* per contra fac-  
 cientia

*cientes IPSO FACTO INCURREN-* Sæc. XVIII.  
*DÆ prohibet & interdicit,* quicumque A. C. 1719.  
 hunc Bossuetii librum legerit, vel e-  
 tiam retinuerit, ipso facto excommu-  
 nicatus, a Fidelium consortio, & ab  
 ipsius Ecclesiæ sinu præceps ejicitur;  
 ei viventi Sacramentorum omnium u-  
 sus, mortuo terræ sanctæ contactus in-  
 terdicitur. *Nulli Christianorum,* ait *Epist. 10.*  
*S. Leo, facile communicatio denegetur; nec cap. 8.*  
*ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdo-*  
*tis, quod in magni reatus ultionem invitus*  
*& dolens quodammodo debet inferre ani-*  
*mus judicantis.*

4. At quid dicendum de illa Con-  
 stitutionis clausula: *Mandantes omnibus*  
*utriusque sexus Christi Fidelibus, ne de di-*  
*ctis Propositionibus SENTIRE, docere,*  
*prædicare aliter præsumant, quam in hac*  
*eadem nostra Constitutione continetur; ita*  
*ut quicumque illas, vel illarum aliquam*  
*conjunctim vel divisim docuerit, defenderit,*  
*ediderit, aut de eis, etiam disputative, pu-*  
*blice aut privatim tractaverit, nisi forsan*  
*impugnando, ecclesiasticis censuris, aliisque*  
*contra similia perpetrantes a jure statutis*  
*pænis, ipso facto absque alia declaratione*  
*subjaceat? Istos ergo in usus (dolenter*  
*magis quam contumeliose dicimus) Ec-*  
*clesiæ suæ Christus tradidit metuenda*  
*excommunicationis fulmina? Quid!*  
*ob solam vel mentionem temere factam*

Sæc. XVIII. alicujus e centum Propositionibus, ab  
 A. C. 1719. tim Fidelium animæ æternis infer-

rum flammis immiserabiliter destinatur? *Ubi notandum*, ut ajebat olim S. Petrus Damiani Cardinalis ad Alexandrum II. *quam lubrica, quam præcipue subito ruendi illic procuretur occasio, ante quis in æternæ mortis baratrum corruat, quam se vel leviter imegisse cognoscit.*

Sienim revera Decretum illud videtur non habet, quis Fidelium huic pœnæ non subjacuit? Atque ut de privatis taceamus, supremæ totius Regni Curie, quæ aulæ sunt speciatim quibusdam Propositionibus modificationes quasdam & restrictiones adjungere; XL. Præsules Gallicani, Lutetiæ Constitutionis ergo congregati Anno 1713 & 1714. qui nonnullas Propositiones Catholico sensu defendi posse, vel voce palam affirmarunt, vel scriptis obscure saltem innuerunt; omnes Ecclesiasticis censuris & pœnis sine alia declaratione subjacent. *Quam excommunicationis gladius nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos infidelios populos valde salutaris; sobrie tantum magnaque circumspetione exerendus, cum experientia doceat, si temere aut levis ex rebus incutiatur, magis contemneri quam formidari, & perniciem potius proferre quam salutem.*

*Trident.  
 Conc. Sess.  
 25. c. 3. de  
 Reform.*

5. Definitionis Ecclesiasticæ fructus esse debet, ut collocetur in plena luce veritas, paxque animorum & concordia inter Fideles restituatur; quod fieri neutiquam potest, nisi controversæ quæstiones claro & expresso iudicio decendantur. Hoc quidem pollicetur SS. P. N. Clemens XI. dum affirmat in sua Constitutione, *libri doctrina distinctius & apertius explicata, demudatisque & quasi in propatulo positis erroribus, confidere se fore ut omnes tandem aperte jam manifestæque veritati cedere compellantur.* At qui potest inclarescere veritas, cum nullius eorum & una Propositionibus designato sensu, damnet illas omnes confuse atque indiscriminatim, & ut ajunt, in globo & respective, *tanquam falsas, captiosas, male sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, . . . seditiosas, impias, blasphemias, . . . erroneas, hæresi proximas, . . . ac demum etiam hæreticas?*

Si Papa sit supremus & unicus Fidei Judex, idemque minime errori obnoxius, ut hac pronuntiandi ratione significari videtur, patet quidem librum esse a Fidelibus rejiciendum; sed nondum patet, quid in illo & quomodo sit damnandum. Inde enim accidet, ut propositiones, quæ sensum præferunt Catholicum, & quas ipse etiam fortasse Romanus Pontifex male sonantes

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

tes

Sæc. XVIII. tes tantum judicaverit, tanquam in  
A. C. 1719. piæ, blasphemæ, hæreticæ profan  
 bantur; & contra. Fieri igitur n  
 potest ut ejusmodi judicium unqu  
 vere dici possit acceptum ab Episcopi  
 cum illi plane ignorent, quid aut q  
 pacto Romanus Pontifex damnare  
 luerit, & possint ab illius sensu te  
 cælo aberrare. Ne inter se quide  
 consentientem certo ferre sententia  
 possunt, ac multo minus cum aliis  
 terarum gentium Episcopis, cum qu  
 stiones de sensu & qualificatione  
 tum & unius Propositionum cresc  
 in immensum queant, nec ullus sit  
 difficultates conciliandi modus.

Miraremur profecto, si quis pri  
 tim Doctor de una Propositione  
 sultus, serio responderet eam esse  
 falsam, vel captiosam, vel malef  
 nantem, vel scandalosam, vel hære  
 cam, &c. quia ab ejusmodi consulti  
 tione paulo quis incertior & impe  
 tior rediret quam venerat: aut si q  
 Judex centum reos variis criminib  
 impetitos, vaga & communi sententia  
 pronuntiaret universos in globo &  
 spective multa pecuniaria, exilio, p  
 ribulo, crurifragio, flammis puni  
 dos esse; quia in dividenda unicuiq  
 pro meritis pœna æternum hæren  
 anceps tam ambigui Decreti execut

An cenferi potest tuliffe ejusmodi judi- Sæc. XVIII.  
 cium Ecclesia, præsertim cum non sint A. C. 1719.  
 tales propositiones, quibus possint illæ  
 qualificationum notæ applicari: quippe  
 quæ sint pleræque vel e Scriptura Sa-  
 cra vel e SS. Patribus excerptæ, nec  
 aliud quid quam sermonem pietatis &  
 religionis hætenus Catholicis usitatum  
 offerant.

At in Concilio Constantiensi, unde  
 perperam in præsentem quæstionem  
 exemplum ducitur, nemo Catholicorum  
 ambigebat de sensu damnatorum  
 45. Articulorum Wiclefi, de quo pa-  
 lam convenerat inter Patres Concilii;  
 eorum nullus præ se pietatis sermonem  
 traditione consecratum ferebat, imo  
 plures, ut ipsis constat Concilii verbis,  
 erant notorie hæretici, & a SS. Patribus  
 dudum reprobati, jamque in multis an-  
 tea Synodis damnati. Denique, & id  
 sedulo observandum est, singulis Articulis  
 singulæ qualificationes a Deputatis ap-  
 plicatæ fuerant, ut patet ex *Censura*  
*brevi Theologorum Concilii Constantiensis,*  
 quæ lecta est in 8. Sessione Concilii, in  
 qua Articuli illi damnati sunt; qua  
 quidem brevi Censura aperte declara-  
 tur quæ cuique Articulo & quibus po-  
 tissimum de causis qualificatio conve-  
 niat. Exempli gratia talis est primi ar-  
 ticuli damnatio: **SUBSTANTIA PA-  
 NIS**

*Concil. Con-  
 stant. Cura  
 Herman.  
 Van-det-  
 Hardt. t. 3.  
 pag. 168.*

Sæc. XVIII. NIS MATERIALIS ET SIMILITER  
 A. C. 1719. SUBSTANTIA VINI, MANENT IN  
 SACRAMENTO ALTARIS.

*Supra scripta Conclusio est falsa, erronea. Et hæretica Patet, i. per illud Matthæi 26. Et sic deinceps 45. articuli propriis qualificationibus notantur.*

*Concil. Constant. Sessio VIII.*

In damnatione illorum Articulorum Synodus Constantiensis meminit iudicii Deputatorum. *Hæc autem S. Synodus præfatos articulos 45. examinari & sæpius recenseri per plures Reverendissimos Patres Ecclesie Romanæ Cardines, Episcopos, Abbates, Magistros in Theologia, Doctores juris utriusque, & plures notabiles in multitudine copiosa: quibus articulis examinatis fuit repertum, & Mentionem facit diversarum qualificationum, quibus Deputati dignos iudicaverant esse illos articulos. Fuit repertum . . . aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & a SS. Patribus dudum reprobatos, alios non esse Catholicos, sed erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios & seditiosos. Declarat recte iudicasse Deputatos de articulis, & consequenter eos damnat: Fuit repertum (PROUT IN VERITATE EST) aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos . . . PROPTEREA in nomine D.N. J. C.*

*hæc Synodus . . . prædictos articulos . . . Sæc. XVIII.*  
*condemnat.* Nonne his verbis S. Syno- A. C. 1719.  
 dus viam aperit solvendis difficultati-  
 bus eorum, quibus errorum evidentia  
 non sufficeret, ut singulis articulis qua-  
 lificationes applicarent; si quidem Cen-  
 sura Brevi Theologorum id præstitum  
 fuerat?

Aliunde, cum judicasset Concilium  
 ex illis articulis esse quosdam, quibus  
 quia diversi sensus attribui poterant,  
 difficile futurum esset illas qualifica-  
 tiones applicare, accurate notavit, quo  
 sensu & qua ratione eos damnatos esse  
 censeat: ut apparet in articulis 24. (\*)  
 & 41.

## Præ-

(\*) Art. 24. Fratres tenentur per labores  
 manuum victum aquirere, & non per men-  
 dicitatem.

Prima pars est scandalosa, & præsum-  
 ptuose asserta, pro quanto sic generaliter &  
 indistincte loquitur: & secunda erronea pro  
 quanto asserit mendicitatem Fratribus non  
 licere.

Art. 41. Non est de necessitate salutis cre-  
 dere Romanam Ecclesiam esse supremam in-  
 ter alias Ecclesias.

Error est, si per Romanam Ecclesiam in-  
 telligat universalem Ecclesiam, aut Conci-  
 lium generale, aut pro quanto negaret pri-  
 matum summi Pontificis super alias Eccle-  
 sias particulares.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Concil. Lon-  
dinese

Tom. XI.

Concil. Labb.

Col. 2080.

Præterea damnati jam fuerant ab Archiepiscopis Cantuariensi, Eboracensi, &c. & propriis qualificationibus notati aliquot ex illis articulis. *Sanc-  
ta* autem Synodus sententias prædictorum Archiepiscoporum ac Concilii Romani ratificans & approbans, prædictos articulos eorum quemlibet . . . reprobat & condemnat.

Æquis rerum Judicibus pronuntiandum relinquimus, an Concilii Constantiensis exemplo, ubi prævia Theologorum Censura singulis articulis singulæ qualificationes applicatæ fuerant recte defendi possit Constitutio *Unitus*, qua uni & centum propositionibus plures quam viginti qualificationes sine ulla prorsus distinctione adiunguntur. Talis quidem definitio nunquam potest esse & haberi certa Fidei regula quandoquidem minime docet, quid Catholicum, quid hæreticum; quid credi, quid rejici oporteat. Non potest illa, nisi veteres fovere discordias, novos excitare tumultus, innumeram movere quæstionem acerbis & nunquam intermorituris definitionibus committere inter se Theologos, Pastores & fideles, nedum sit idonea, ut promissum fuerat, *stabiliscendæ conscientiarum tranquillitati, sedandisque ingeniorum opinantium dissidiis.*

II. D.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

II.

*Doctrina quæ ex damnatione Propositionum eruitur.*

Nobis circa hanc partem, quæ ut vel leviter tractaretur, expenso sensu singularum propositionum, & collato cum paribus Scripturæ Sacræ vel SS. Patrum locis unde excerptæ sunt, perlongum opus sola desideraret, in præsentia satis erit summa quædam delibare capita, ex quibus de reliquis facile judicari poterit.

1. Proscribit Constitutio multas locutiones Scripturæ, Conciliorum, Patrum, & Auctorum, doctrinæ & pietatis laude illustrium. Et hac proscriptione, debita sanctissimis fidei nostræ regulis, Scripturæ Sacræ videlicet & Traditioni, reverentia violatur, præbeturque occasio *profanas vocum novitates* introducendi.

DAMNATUS SCRIPTURÆ ET PATRUM LOQUENDI MODUS.

2. Damnat eadem Constitutio Propositionem XII. quæ est sancti Prosperi, e latinis versibus in Gallicos translata, & sub nomine sancti illius ab Auctore Considerationum Moralium citata; aliasque nonnullas Propositiones, verbis quoque Sanctorum Patrum enuntiata; quibus hoc unum docetur, Deum omnipotentem, qui omnia quæ

OMNIPOTENTIA DEL. Prop. IO. II. 12. &c.

Hist. Eccles. Tom. LXX. K cum-

**Sæc. XVIII.** cumque voluit fecit, & **cujus** voluntati nihil potest resistere, supremum

**A. C. 1719.** exercere in voluntates humanas dominium sicut in cetera omnia quæ in cælo sunt, illæsa semper, quæ inest, agendi vel non agendi potestatis. Quibus Propositionibus damnatis: *Præscribitur ipsum nostræ Confessionis initium qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest, nec voluntate culpæ ipsius creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.*

**GRATIA  
EFFICAX.  
Prop. 22.  
23. 24. 25.**

*Orat. habita in  
I. Congr.  
de Auxiliis.*  
**FIDES PRIMARIA  
GRATIA.**

3. Reprobatur comparationes quæ in Scriptura & Traditio frequent duxerunt ab ea Dei potentia, quæ in creatione mundi, in mortuorum resurrectione, in curatione morborum, in Mysterio Incarnationis maxime enititur ad exprimendam variis hisce similitudinibus vim gratuitam nostræ prædestinationis, & omnipotentem divinæ gratiæ in cor humanum efficaciam. Quæ damnatione convelluntur tutissima & inconcussa SS. Augustini & Thomæ dogmata de Gratia per se efficaci, & omne opus bonum necessaria: quæ doctrina, propria hæreditas est non modo Universitatis Parisiensis, sed etiam teste summo Pontifice Clemente VII. ipsius sanctæ Sedis Apostolicæ.

4. Notam inurit Propositionibus Sæc. XVIII.  
 nonnullis, quibus fides in eum A. C. 1719  
*quifificat impium*, statuitur ut prima Gra-  
 tia, ut origo bonorum omnium quæ Prop. 26. 27.  
 divinæ misericordiæ prævia liberalitas Concil. Trid.  
 nobis largitur, ut *initium salutis huma-*  
*næ, fundamentumque & radix omnis justi-*  
*ficationis. Certum enim est atque catholi-*  
*cum (inquit Bonifacius II.) quod in om-*  
*nibus bonis, quorum CAPUT EST FI-*  
 DES, nolentes nos misericordia divina Seff. 4. c. 8.  
 præveniat. Bonif. 2. in  
Ep. ad Cæ-  
sar. Arelat.  
append. ad  
Tom. 10.  
S. Aug.  
pag. 161.

5. Feriuntur censura alii articuli, DUO TE-  
 quibus distincte & accurate notatur di- STAMEN-  
 scrimen utriusque Testamenti: Veteris TA.  
 quidem nonnisi servos per timorem ge- Prop. 6. 7. 8.  
 nerantis. Novi autem filios per cari- 64. 65.  
 tatem producentis: quibus etiam arti-  
 culis quæ sit hominis ad alterutrum  
 Fœdus pertinentis conditio, quæ Dei  
 utrumque dispensantis, eoque ipso Gra-  
 tiæ suæ necessitatem ac virtutem de-  
 monstrantis œconomia, ipsis vel Scri-  
 pturæ vel SS. Patrum locutionibus de-  
 claratur.

6. Anathemate percutiuntur Pro- AMOR DEI.  
 positiones plurimæ, quibus statuuntur Prop. 44 45.  
 necessitas, excellentia, & fructus a- 46. 47. &c.  
 moris divini, seu, ut Libri sacri ac Pietas cultus  
 sancti Patres loquuntur, Caritatis: sine Dei est nec  
 qua, teste Apostolo, nihil sumus, & colitur ille  
 nihil prodest vel ipsam martyrium; nisi amando.  
S. Aug. Ep.  
140. cap. 18.  
 siue

**Sæc. XVIII** fine qua Deus, ut ait S. Augustinus  
**A. C. 1719.** non colitur; quæ necessaria est ut in  
 nostræ actiones sicut oportet, hoc e  
 eas ad Deum tanquam ad ultimum  
 nem nostrum actu aut virtute referend

**TIMOR.**

*Prop. 60. 61.  
62. 66.*

*Censura Cleri  
Gallicani*

*Anno 1700.*

*Censura Sa-  
cræ Facul-  
tatis*

*Anno 1716.*

*Art. Sacræ*

*Facult. 2.*

*Parte.*

**POENITEN-  
TIA.**

*Prop. 87. 88.*

*S. Caroli*

*Regulæ.*

*Censura*

*Cleri Gal-*

*licani.*

7. Pari Censuræ subjiciuntur al  
 articuli, quibus timor pœnarum, quan  
 vis bonus sit & utilis, minime tamen  
 sufficere declaratur, ut excludat affi  
 ctum peccandi, ac voluntatem ad Deum  
 convertat. Et hæc damnatio favet  
 patrocinatorum pravæ Casuistarum  
 doctrinæ, spemque falsam affert pecc  
 toribus, fore ut post consumptam  
 gravissimis sceleribus & flagitiis vitæ  
 si vel ipso mortis momento pœnarum  
 solo metu percutiantur, æternam  
 consecuturi salutem, quamvis nunquam  
 in omni vita Deum dilexerint.

8. Convellit eadem Constitutio  
 lutares regulas sanctorum Canonum  
 quorum spiritus in Ecclesia perpetuo  
 viget; quibus jubetur differri abolu  
 tionem iis peccatoribus, qui non duntaxat  
 spiritum habent pœnitentiæ & contritionis,  
 nec cum humilitate portant remanentem  
 sentiunt statum peccati. Oblata  
 impunitatis non pœnitentibus, peccato  
 res inducit ad profanationem sancto  
 rum Mysteriorum, superbum iis & re  
 bellem animum afflat contra Ministros  
 Christi, Ministrosque ipsos efficit con  
 scios

scios ac participes & fautores tot sacrilegiorum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

9. Excutit de manibus Fidelium Sacras Scripturas, quas omnibus a Deo fuisse destinatas SS. Patres, Prophetæ & Apostoli docuerunt; quas Spiritus Sanctus tali divinæ sapientiæ temperamento dictavit, ut, quia erant omnibus propositæ, in omnium usum esse possent; quæ nobis divinitus datæ fuerunt, ut ad earum lucem ambulemus in hoc caliginoso sæculi decursu, & per earum consolationem & patientiam spem habeamus.

SCRIPTURA  
SACRA.  
Prop. 79. 80.  
81. 82. 83.  
84. 85.

10. Ex Scriptura, & perpetua Ecclesiæ Traditione constat, *Claves Regni Cælorum*, ut ait S. Augustinus, non hominem unum, sed unitatem accepisse Ecclesiæ; Sponsam esse Christi, quæ tenet & possidet omnem sponsi sui & Domini potestatem; Ecclesiam esse Catholicam, Matrem Fidelium, quæ accepit Facultatem ligandi & solvendi, judicandi & pronuntiandi; proprietatem Clavium pertinere ad Corpus integrum, at ministerium Clavium non pertinere nisi ad Ministros a Christo constitutos. Infirmat Constitutio hæc omnia principia, quæ sunt Fundamenta Sacræ Hierarchiæ, necessaria prorsus ad tuendam Veritatis & Pacis incolumitatem. Ecclesiæ non minus quam Imperii statum

EXCOMMUNICATIO.  
Prop. 90. 91.  
S. Aug.  
serm. 295.  
cap. 2.  
Idem Ep. 73.

Sæc. XVIII. ac tranquillitatem turbare potest dam-  
 nata ista Propositione: *Excommunic-*

A. C. 1719 *tionis injustæ metus nunquam debet nos im-*  
*pedire ab implendo debito nostro; quæ qui-*  
 dem propositio nihil aliud significat quam  
 quod Petrus & Apostoli dixerunt: *Os*  
*domini oportet Deo magis quam hominibus.*

*Art. 5. 29.*

Supersunt alia ejusmodi permuta-  
 in Constitutione, ad Doctrinam perti-  
 nentia, quæ animadversa sunt in con-  
 pluribus libris non minus erudite quam  
 facunde scriptis; ac præsertim in Ap-  
 pellatione Illustrissimorum quatuor Ep-  
 scoporum, Mirapicensis, Senecensis,  
 Montispeffulani, & Boloniensis; quæ  
 dato ceteris exemplo provocandi ad  
 futurum Concilium Generale, immor-  
 taliter de Ecclesia sunt meriti; itaque  
 que in Appellatione Cardinalis Noail-  
 doctrinæ & pietatis laude quam digni-  
 tatum fulgore eminentioris, quæ in-  
 spiranti jamdudum Parisiensi Ecclesie  
 lucem & vitam restituit.

Dum autem affirmamus Constituti-  
 one *Unigenitus*, fidei & disciplinæ ma-  
 rum fundamenta prorui, eademque  
 pravæ Casuistarum doctrinæ novum re-  
 bur accedere, non id temere a nobis  
 aut exaggerandi causa, jactatur. Quis  
 enim nescit quantum e centum & unius  
 Propositionum condemnatione religio  
 ac Regno non periculi modo in futu-  
 rum

rum confletur, sed veri jam & præ-  
 sentis mali ingruerit? Ipsi profecto Con-  
 stitutionis fautores id videntur dedita  
 opera egisse, ne nos videri possemus  
 vanos nobis finxisse terrores, & *illic*  
*trepidavisse timore ubi non erat timor.* Pu-  
 det referre quæ illi quatuor abhinc an-  
 nis, Constitutionis auctoritate auda-  
 ciores facti, docuerunt, illasque opi-  
 nionum sordes ex ipsorum scriptis e-  
 ruere. Legi possunt notatæ proposi-  
 tiones a doctissimis Theologiæ Facul-  
 tatibus Parisiensi, Remensi & Picta-  
 viensi; defensæ Duaci, Cadomi, aliis-  
 que in locis Theses; præcipue vero Dis-  
 sertationes Pontificiæ in Academia Co-  
 nimbricensi propugnatae Anno 1717.

## §. XVIII.

## TERTIA PARS.

QUÆ CONSECUta SUNT  
CONSTITUTIONEM.

Quæ consecuta sunt Constitutionem  
 ex parte Romani Pontificis, bre-  
 vitatis gratia ad quatuor tantum ca-  
 pita referemus: Violatam Episcopalis  
 Collegii dignitatem Brevi dato die 17.  
 Mart. Anno 1714. Denegatam omnem  
 aliquot Galliæ Episcopis suas difficul-  
 tates exponendi copiam; Brevia quæ-  
 dam

K 4

dam

Sæc. XVIII. dam injuriosa in Sacram Facultatem  
 A. C. 1719. Theologiæ Parisiensis: Publicatas Ro-  
 mæ Literas 8. Septembr. Anno 1711  
 quibus a communione S. R. Ecclesiæ  
 separantur Appellantes, & omnimoda  
 dam Constitutioni obedientiam recu-  
 santes. Quintum illis addemus: si  
 licet Constitutionem non fuisse ac-  
 ceptam communi consensu neque unive-  
 rsalis Ecclesiæ, neque privatarum  
 Gallia Ecclesiarum.

## I.

*Violata Episcopalis Collegii dignitas*

*Brevi dato die 17. Martii An. 1714.*

Ex mente SS. Patrum dici potest  
 Ecclesia quasi late patens, ager, cu-  
 jus singulæ partes singulis Episcopis  
 inter quos primum locum obtinet Ro-  
 manus Pontifex, ab ipso Christo ac  
 illius Domino attributæ sunt, ut singulis  
 quisque portionem privatim excolant  
 ac tueantur, & in ea veluti totidem  
 vigiles & custodes excubias agant; ita  
 tamen ut propter unitatem Episcopatus,  
 qui unus est, sicut & ipsa Ecclesia  
 & cujus a singulis in solidum pars tenetur  
 singuli in totum agrum pastoralis vigi-  
 lantiæ & sollicitudinis acres oculos in-  
 tendere debeant: quod quidem officium  
 peculiari quadam & nobiliori ratione

*S. Cyprian.  
 de unit.  
 Eccles.*

tione pertinet ad Romanum Pontificem ob eminentiam loci quem occupat. Hinc Sanctus Augustinus Bonifacium Ecclesie Romanæ Episcopum compellens de rebus ad totam Ecclesiam pertinentibus: *Cum communis sit, inquit, omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio, (quamvis ipse in ea præmineas celsiore fastigio) specula pastoralis; facio quod possum pro mei particula muneris.* Ex eodem fonte scilicet Episcoporum potestas, ex quo Romani Pontificis, fluit. Qui dedit pascendas oves Petro, idem eas & cæteris Apostolis commisit. Non enim, inquit S. Augustinus, inter discipulos solus (Petrus) meruit pascere Dominicolas oves: sed quando Christus ad unum loquitur, unitas commendatur; & Petro primitus, quia in Apostolis Petrus est primus. Hoc erant utique & ceteri Apostoli, inquit S. Cyprianus, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Ab ipso igitur Christo Episcopi, quemadmodum & Apostoli quibus successerunt, suam jurisdictionem habent: ab ipso Judices rerum Ecclesiasticarum constituti sunt.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

S. August.  
lib. I. ad  
Bonif. c. I.

S. August.  
serm. 295.  
cap. 4.

S. Cypr. de  
unit. Eccles.

Hanc semper doctrinam tenuit Universitas. Sacra Episcoporum jura, traditamque illis divinitus auctoritatem contra Episcopalis Ordinis adversarios semper acerrime defendit; doluitque

K 5                      vehe-

Sæc. XVIII vehementer postremis hisce temporibus  
 A. C. 1719. bus Episcoporum dignitatis nullam fer-  
habitam fuisse rationem.

*I. & 3. Prop.  
 Cleri Galli-  
 cani.*

Nec existimandum sua jura Episcopos Gallicanos vel ignorasse, vel penitus deseruisse. Quod professi sunt a parte in suis generalibus Comitibus, qui habita sunt Anno 1705. *Acceptationum Constitutionum Pontificiarum via iudicium ab Episcopis fieri . . . Jusque de rebus fidei judicandi divinitus fuisse eis traditum* idem nunc quoque procul dubio sentiunt. At aliquot ex ipsis, impulsus videlicet amore pacis, studio concordie metu scandali, connivendum ultro motis in rebus censuerunt: & inde crescendi de nobis ansam arripuit Romana Curia. Utinam illi ad tuendum suum statim ab initio graviter conque- essent præreptam sibi a duobus e Collegis causam, quæ ad se secundum Ecclesiæ & Regni leges pertinebat eamque fuisse ad Romanum Pontificem contra Canones in prima instantia delatam. Utinam, cum ad eos missa est Constitutio, verbis & re ipsa demonstrassent illam a se tanquam Judicibus examinari: &, quoniam explicationum ope illam a se suscipi posse arbitrabantur, (quanquam nullum ha-ctenus extaret ejus rei exemplum) expressè declarassent & hic, & præsertim Roma

*Episc. Ru-  
 pell. & Lu-  
 cion.*

Romæ, relationem acceptationis suæ Sæc. XVIII.  
ad explicationes. Recusarunt quidem A. C. 1719.  
novem Præsules, ut testantur in suis  
ad Regem Christianissimum literis, ad  
*hæc prudentia, ut vocant, nimis huma-  
næ temperamenta descendere, quæ sui Col-  
legæ in hoc negotio adhibuerunt.* At gra-  
tum certe debuit esse Romano Ponti-  
fici Gallicos Episcopos tanta cura &  
solicitudine ipsius famæ & honori con-  
sultum voluisse, & per tres integros  
menses operose concinnatas ab iis Bul-  
læ interpretationes, quarum præsidio  
Pontificia censura deflecteretur in eos  
sensus, in quos non absurdam damna-  
tionem cadere posse crederent. Pa-  
rum tamen abfuit quin SS. P. Cle-  
mens XI. moram illam trium mensium,  
gravissimis statim pœnis, tanquam su-  
premæ auctoritati suæ injuriosam, mul-  
ctaverit. Sic enim sua Sanctitas lo-  
quitur in Brevi, scripto 17. Mart. An-  
no 1714. ad Cardinales, Archiepisco-  
pos, & Episcopos Parisiis congregatos,  
& (quod valde observandum) inter  
Acta illius Congregationis inserto: *Dis-  
simulare quidem non possumus molestum no-  
bis initio accidisse, quod rationabilis obse-  
quii vestri erga prædictam Constitutionem  
præclarum adeo testimonium, longius pla-  
ne, quam par erat, protraxeritis: cum  
præsertim crescentia istic in dies pernicioso-  
rum*

Sæc. XVIII. rum novitatum germina celeriore Apoſto  
 A. C. 1719. lici noſtri iudicii EXECUTIONEM poſſe  
 lari viderentur. Verum omnem proſe  
 moleſtiam depoſuimus, ubi reſcivimus cur  
 ſtationem veſtram, quemadmodum vos pa  
 lam ac ſæpius profeſſi fuiſtis, non quidem  
 animo ſubjiciendi examini aut iudicio veſtro  
 Decreta noſtra, ſed ſtudio dumtaxat con  
 ciliandæ Eccleſiaſticæ pacis, & lucranda  
 ſi fieri poſſet, nonnullos ex Fratribus veſtris  
 in ſpiritu manſuetudinis & diligentia car  
 ritatis, eſſe tribuendam.

Non valde hæc verba, quamvis  
 quibusdam blanditiis temperata, di  
 ſonant ab iis quæ leguntur in altero  
 Brevi paulo minaciore, quod idem S  
 Papa Clemens XI. ſcripſerat ad Regem  
 Chriſtianiſſimum Anno 1706. Ejuſdem  
 (ſanctæ Sedis) Decreta venerari & reſpectu  
 qui diſcant, inquiebat loquens de Ge  
 liæ Episcopis, non diſcutere aut iudicium  
 præſumant

En quæ in loco ac pretio ſunt apud  
 Romanam Curiam Apoſtolorum Succeſſo  
 res, qui ab ipſo Chriſto iudicandi po  
 teſtatem acceperunt. Non ſtat per illorum  
 lam quominus ſublimis Episcoporum  
 dignitas ad vilem miniſtrorum & ex  
 ſecutorum Pontificiæ Conſtitutionis  
 conditionem deprimatur. Redit illi  
 ſemper ad ſuam indolem. Quamvis  
 pro varietate temporum mire ſagax &  
 flexi

flexibilis in omnes se formas blaudien-  
 di pariter & terrendi vertat, in uno  
 tamen eodemque proposito perstat con-  
 stanter, augendæ nimirum in dies ma-  
 gis ac magis potentix suæ, ejusque  
 abnormem magnitudinem libertatum  
 nostrarum ruinis superstruendi. Nunc  
 igitur maxime, cum illa, opportunam  
 occasionem naçta, vim omnem suæ  
 artis & industriæ exerit, decet nos ad  
 obistendum fortiter illius conatibus,  
 omnes Gallicani zeli & Academici ro-  
 boris nervos intendere, ne jura Regni  
 & Episcopalis Collegii sacra dignitas  
 impune violentur. *Veritas est* (inque-  
 bat olim noster Gersonius) *quod omnis*  
*via favorabilis & humilis tentanda est cum*  
*summo Pontifice, dum male informatus fert*  
*per se, vel suos, injustas sententias, quo*  
*desistat, & reformet. Sed si nihil proficit*  
*humilis sedulitas, arripienda est virilis &*  
*animosa libertas.*

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

*Gersonius  
 Resolut.  
 circa mate-  
 riam Ex-  
 com. Con-  
 sider. 12.*

II.

*Denegata aliquot Gallix Episcopis  
 suas difficultates exponendi copia.*

Nihil fortasse unquam in Ecclesia  
 stupendum magis contigit, quam quod  
 oculis nostris recens vidimus. Demus  
 Constitutionem fuisse legitime & secun-  
 dum omnes veterum Canonum leges  
 edi-

Sæc. XVIII. editam. Pervenit illa in Regnum Galliarum  
 A. C. 1719. liæ. Magnos subito ex cunctis partibus  
 & in cunctis Ordinibus rumores & tumultus excitat. Clamatur undique  
 dei, doctrinæ morum, Sacramentorum usus, libertatum nostrarum fundamenta concuti. In hac cunctorum  
 Regni Ordinum trepidatione aliqui Præsules, quorum dux erat Eminenti-  
 ssimus Romanæ Ecclesiæ Cardinalis idemque Archiepiscopus Parisiensis  
 Noaillius, ad SS. Clementem XI. confugiunt, enixe & reverenter deprecantes,  
 ut sensus Constitutionis suæ appareret, secundum juris naturalis & civilis præscriptum,  
 quo patet æquum esse, ut unde lex processit, interpretatio quoque procedat.  
 Per totum quinquentempus instando, urgendo, rogando, commonendo,  
 deprecando, nihil aliud profici apud Romanum Pontificem potuit,  
 quam ut ab eo erumperent minores terrores, imperiosa decreta, profectiones  
 Mandatorum toti Episcopatu injuriosæ, ac demum Excommunicationis fulmina  
 in Appellantes, vel omnimodam Constitutioni obedientiam recusantes,  
 & aperta separationis a Romanæ Ecclesiæ declaratio. *Eodem*  
*admovere*, inquit Clemens XI. in illo Brevi ad Archiepiscopos & Episcopos  
 Regni Galliarum, dato die 20. Novembris

bris Anno 1716. loquendo de Præfibus Gallicanis qui ab ipso explicationes Constitutionis modeste non minus quam enixe postulabant; ne de vana erga Nos observantia sibi frustra blandiantur, dum a Nobis postulant novas & prævias Constitutionis nostræ declarationes, cui debitam interim obedientiam deferre detrectant. . . . Quæ enim patefacta sunt quærere, ac de iis, quæ definita sunt tractatum inire, quid aliud est quam . . . ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Illis propterea . . . Lit. Pontif. denuntiamus, veræ contumaciæ loco a Nobis haberi eorum agendi rationem. Nec id mirum, cum ex eodem quasi peccatum ariolandi sit repugnare, & quasi scelus Idololatriæ sit nolle acquiescere Pontificiæ Constitutioni.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Lit. Pontif.  
8. Sept. 1718.

Gregor. I.  
Lib. II.  
Ind 4.  
Epist. 45.

Non ita olim Petrus, cum ejus ad Gentes prædicatio tumultum in Ecclesia excitasset. Querelæ Fidelium, inquit Gregorius Magnus, non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit . . . Si ergo, pergit idem. Pastor Ecclesiæ, Apostolorum Princeps, signa & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causâ reprehensionis suæ rationem humiliter reddere; quanto magis nos peccatores cum de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? Nam nec Petrus, inquit S. Cy-

Sæc. XVIII. S. Cyprianus, quem primum Dominus  
 A. C. 1719. legit, & super quem ædificavit Ecclesiam  
 suam, cum secum Paulus de circumcissione  
 postmodum disceptaret, vindicavit sibi  
 quid insolenter aut arroganter assumpserit  
 ut diceret se primatum tenere, & obtinere  
 perari a novellis & posteris sibi potius  
 portare. Nec despexit Paulum, quod Ecclesie  
 prius persecutor fuisset: sed consilium  
 veritatis admisit, & rationi legitimæ, quam  
 Paulus vindicabat, facile consensit; DO  
 CUMENTUM scilicet nobis & concordiam  
 & patientiæ tribuens, ut non pertinaciam  
 nostra amemus, sed quæ aliquando a fr  
 tribus & collegis nostris utiliter & salubri  
 ter suggeruntur, si sint vera & legitima  
 ipsa potius nostra ducamus.

Hoc documentum secuti sunt e  
 Pelag. II. Successores. Si quid forte causæ  
 Ep. 5. T. 5. agebat Pelagius II. unde vestri scand  
 Concil. zati animi videantur . . . parati sum  
 col. 942. secundum præceptionem Apostolicam . . .  
 cum humilitate ad placita satisfactionis  
 dere rationem. Digna hæc S. Petri suc  
 cessoribus humilitas & mansuetudo  
 qua Apostolicæ Sedis gloriæ non ma  
 nus quam Fidelium salutis consultum  
 Concil. Trid. Hoc animati spiritu Tridentini Patre  
 tit. de recip. declarant fore ut, si qua difficultas  
 & observ. recipiendis, non unius Papæ, sed ipsius  
 Decretis sanctæ Synodi Decretis occurreret, et  
 Sess. 25.

quacumque ratione tolleretur, etiam con-  
gregato rursus, si id necessarium esset,  
generali Concilio.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

III.

*Brevia injuriosa in Parisiensem Theo-  
logiæ Facultatem.*

Effet nobis justissima ratio conque-  
rendi graviter de duobus illis Brevi-  
bus SS. P. Clementis XI. datis diebus  
18. & 20. Novembris Anno 1716. &  
suppressis Decreto supremæ Senatus Pa-  
risiensis Curix die 16. Decembris ejus-  
dem anni: quibus non solum suspen-  
duntur privilegia Facultatis Theologiæ  
Parisiensis, sed sacri illius Ordinis Theo-  
logorum fama acerbissimis contumeliis  
laceratur. Ibi Doctores nostri exhi-  
bentur ut *homines reprobis, inquieti, tur-  
bulenti; ut filii delirantes, filii desertores;  
ut pravvaricatores, qui nulla conscientia  
commissi sceleris aut saltem verecundia ad  
se redeunt; ut degeneres Facultatis Theo-  
logiæ Parisiensis alumni, immemores sui  
Doctoratus, turpiter a debito officio & a  
vestigii Majorum aberrantes; qui suæ con-  
ditionis obliti, levantes se super se conatu  
nesario, majorem forsitan sed certe minime  
saniorum sui Cætus partem constituentes,  
numero duntaxat & arrogancia invalescen-  
tes, intolerabili procacitate animos lauda-*  
*Hist. Eccles. Tom. LXX. L ciam-*

**Sæc. XVIII** *ciamque sumpserunt, & eo impudentie pro-*  
**A. C. 1719.** *cesserunt, ut per temeritatem ultimis pœnis*  
coercendam declaraverint, Decretum latum  
*die 5. Martii Anno 1714. a sacra Facul-*  
*tate Parisiensi, quo Constitutio Unigeni-*  
*tus summa cum reverentia & obsequio re-*  
*cepta dicitur a prædicta Facultate, falsum*  
*adulterinum, commentitium, atque ex ipsius*  
*Facultatis Commentariis eradendum esse.*  
 Acerbe quidem tulimus tot probris  
 tot convitiis immerentes affici Doctores  
 Theologos, qui singulari doctrina  
 & pietate non solum Universitati, sed  
 toti Ecclesiæ decori & tutamento sunt.  
 Sed quoniam hæc injuria ad nos priv-  
 vatim pertinet, & a communi Parente  
 infertur, quem occultis perverborum  
 hominum investigationibus deceptum  
 & contra nos etiam ultimis pœnis se-  
 vientem, vere tamen & ex animo, non  
 decet obsequentes filios, colimus  
 observamus, eam patienter ferendam  
 & silentio obruendam esse duceremus  
 nisi causa nostra cum totius Regni  
 Ecclesiæ juribus conjuncta esset. Ne-  
 que enim, ut sapienter observavit in  
 suis Actis sacer Ordo Theologorum  
 existimandum est posse Romanum Pon-  
 tificem pro suo nutu Magistris nostris  
 inauditis præsertim & indefensis, im-  
 ne monitis quidem. privilegia a suis  
 decessoribus concessa adimere. Facul-

*Acta Ap-  
 lationum  
 &c.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

tas quippe Theologiæ, ut & Universi-  
tas Parisiensis, suam debet Regibus  
nostris ac Regno originem. Sua illis  
privilegia asserta fuere tum Regum  
Christianissimorum diplomatibus, tum  
consensu universæ Gallicanæ Nationis,  
eademque munita summorum quoque  
Senatum decretis, atque æquabili  
usu & irrevocabili præscriptione robo-  
rata. Quæ Romani Pontifices ipsis  
concesserunt, ea Romanus Pontifex suo  
solo arbitrio abrogare non potest, cum  
Conciliorum Generalium statutis, Re-  
gni legibus, usu antiquo ac perpetuo  
firmata sint. Itaque ista decernendi ra-  
tione in Regis Christianissimi subditos,  
Ecclesiæ jura pariter ac Regni Liber-  
tates apertissime violantur.

Sed quoniam ultro se dat occasio,  
& Brevia de quibus nunc agitur eo nos  
sponte deducunt, liceat paucis expen-  
dere quæ apud Facultatem Theologiæ  
in recipienda Constitutione contigerunt,  
unde facile erit æquis rerum æstima-  
toribus, quid sit de Constitutione ipsa  
sentiendum, judicare. Constat apud  
omnes (nec metus est, dum sic loqui-  
mur, ne cadat in nos ulla jactantiæ su-  
spicio) nullum esse in toto orbe Chri-  
stiano Theologorum Ordinem Scripturæ  
& Patrum studio, Ecclesiasticæ disci-  
plinae peritia, sacræ Antiquitatis  
L 2 cogni-

Sæc. XVIII. cognitione, totius denique Religionis  
 A. C. 1719. investigatione & scientia, Parisiensibus  
Theologis clariorem. Si Constitutio  
 præ se veritatis speciem ferebat, ut tan-  
 toperè jactitant, si clare damnabat no-  
 tos & manifestos errores, quid opu-  
 fuit ad concilianda illi Theologorum  
 Parisiensium suffragia tot adhibere mo-  
 litiones & machinamenta, tot inten-  
 tare minas ac terrores, iteratas Jus-  
 nis Literas accersere, & ejusmodi de-  
 liberationibus, quarum una moderata  
 trix esse debet Religio, metuendam po-  
 tentissimi Regis interponere majestatem?  
 tem? At ne sic quidem illa potuit per-  
 vim irrumpere sacrum illud Veritatis  
 adytum & propugnaculum. Astutus  
 fraude, mendacio opus fuit, ut furtim  
 & quasi per cuniculos Constitutio  
 Commentarios Sacræ Facultatis tam  
 quam reverenter & obsequiose recepta  
 subreperet. Et quia contra ejusmodi  
 dolum ac mendacium reclamant sacri  
 Theologiæ Doctores, ultimis poenis  
 Romano Pontifice, veritatis scilicet  
 status rerum ignaro, puniuntur. Nam  
 cui unquam venire in mentem poterit  
 si noscat Theologorum Parisiensium  
 genium & indolem, Sacerdotes tam  
 multos, quorum proprius character  
 mirus animi candor, doli ignara simp-  
 licitas, amor veri acerrimus, odium  
 cujus

cujuslibet non solum mendacii, sed etiam versutiae & simulationis, con-  
 ratione facta universos per atrocem cal-  
 lumniam uni e suis fratribus ac collegis  
 falsitatis & mendacii crimen ausu ne-  
 fario intulisse; & in ea criminatione  
 tribus abhinc annis ita constanter per-  
 severare, ut ne unus quidem tanti sce-  
 leris, & tam detestandæ, si contra con-  
 scientiæ testimonium agerent, perfidiæ  
 horrore percellatur? Constare igitur  
 debet, si quid usquam est apud homi-  
 nes certum & evidens, fraude & arti-  
 ificio intrusam fuisse Sacræ Facultatis  
 Commentariis acceptationem Consti-  
 tutionis *Unigenitus*. Non his certe ar-  
 mis, non his artibus uti solet simplex  
 & ingenua Veritas.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

M. Carolus  
 le Rouge  
 Doctor  
 Theologus,  
 tunc Syndi-  
 cus Sacræ  
 Facultatis.

IV.

*Pontificiæ Literæ, quibus a Commu-  
 nione Ecclesiæ Romanæ separantur  
 Appellantes.*

At nec Pontificia caritas tales Li-  
 teras edit, quales recens sub nomine  
 SS. DD. N. Clementis XI. in lucem Ro-  
 mæ prodierunt 8. Septembris proxime  
 elapsi, adversus Illustrissimos Antistites,  
 quibus nihil aliud objici potest quam  
 quod ad Romanum Pontificem suas que-  
 relas & plenas obsequii ac reverentiæ

L 3

ex-

Sæc. XVIII. expostulationes detulerint, ab eoque  
 A. C. 1719. perseveranter rejecti, ad Concilium  
Generale tanquam ad supremum Ecclesie  
 Tribunal appellaverint: & ob id  
 unum tamen, ab Ecclesie Romanæ co-  
 munitate & communione, quæ est ultima  
 rebellionis & contumaciæ poena, sep-  
 arati declarantur. Eadem Excommu-  
 nicationis poena in eos decernitur, qui  
 cumque OMNIMODAM Constitutio-  
 nem obedientiam præstare recusaverint. Ni-  
 rum non est suppressas fuisse a supremis  
 Senatibus has Literas, quibus palam  
 & aperte infringuntur jura Regni, Ec-  
 clesie Gallicanæ libertates, Episcoporum  
 auctoritas; quibus manifeste in-  
 tuitur *Infalibilitas* Romani Pontificis  
 & hoc titulo non minus quam fidei  
 universæ Ecclesie consensus, sub po-  
 separationis a Communione S. R. Ec-  
 clesie exigitur OMNIMODA Pontificis  
 R. decretis obedientia, quæ om-  
 nem omnino modificationem & res-  
 trictionem excludit; quibus denique Ap-  
 pellatio ad futurum Concilium Gene-  
 rale tanquam *damnanda atque execranda*  
 ultimis poenis mulctatur.

Etiam si Episcopi illi qui appella-  
 runt, fallerentur, & a vero aberrarent  
 quia tamen parati erant, ut olim S. C.

prianus, universæ Ecclesiæ nostræ auctoritati cedere, postquam tot quæstionum veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium fuisset, non ita certe agendum cum illis, teste S. Augustino. *Hoc facit sanitas pacis, inquit ille, ut cum diutius aliqua obscuriora quæruntur, & propter inveniendi difficultatem diversas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perveniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris.* Donec accesserit supremum illud plenarii Concilii iudicium, & veritati lucem plane liquidam addiderit, *Superest, inquit S. Cyprianus in Carthaginensi Concilio, ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus proferamus, neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit. Scilicet, pergit eodem loco S. Augustinus, aliter sapere quam res se habet, humana tentatio est: nimis autem amando suam, vel invidendo melioribus, usque ad præcidendæ communionis & condendi schismatis vel hæresis sacrilegium pervenire, diabolica præsumptio est.*

Sæc. XVIII. A. C. 1719.

S. August. de Bapt. lib. 2. c. 4. n. 5.

Ibid. c. 2. num. 3.

Ibid. c. 5. num. 6.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719

Anno 1717.  
mense  
Octobr.

Interposita ab aliquot Galliæ Episcopis a Constitutione *Unigenitus*, ad futurum Generale Concilium legitima Appellatione, cujus, secundum Civiles pariter & Canonici Juris præscripta, ea vis est, ut inferioris cujuscumque Judicis manus ligentur; non potuit ob id ipsum in eos Præsules, præsertim inauditos, Literis suis Romæ affixis 8. Sept. hujus Anni 1718. sævire Clemens XI. tanquam in aperte inobedientia ac notorie contumaces & refractarios, eoque a sua & sanctæ Romanæ Ecclesiæ caritate prorsus segregatos declarare, quin vel seipsum Concilio Generali superiorum existimet, quod expressis Conciliorum Generalium Constantiensis & Basileensis definitionibus reprobatum est; vel suam Constitutionem ab universali fuisse Ecclesia acceptam contendat, quod apertæ & manifestæ veritati contrarium est; quemadmodum expresse testantur supremarum Galliæ Curiarum Decreta, ipsiusque Christianissimi Regis Declaratio; &, quæ mox dicenda sunt, certissime evincunt.

V. Con-

V.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Constitutionem Unigenitus non fuisse  
acceptam communi Universalis Ec-  
clesiæ consensu.*

Frustra, ad conflandam speciem aliquam consensus universalis Ecclesiæ, & domandas Fidelium mentes sacro pondere tam verendæ auctoritatis, ambitiose venditantur vel Mandata Præfulum Galliæ, vel Literæ & Testimonia complurium e diversis Europæ partibus Episcoporum. Est istud inane & fallax Ecclesiæ simulacrum & phantasma, quod e longinquo prospectum ad tempus aliquod fortasse potest imponere imperito vulgo, aut rei veritatem parum curiose attendentibus; at consideratum propius, & quasi manibus contrectatum, abit repente in auras tenues, & vix aliqua sui vestigia relinquit.

I. Atque ut initium ab Episcopis Galliæ ducamus, in tres illi classes dividi possunt: eorum scilicet qui a Constitutione *Unigenitus*, ad futurum Generale Concilium appellarunt, aut non acceperunt Constitutionem; eorum qui Constitutionem relative ad suas explanationes acceperunt; eorum denique qui dicunt eandem pure & simpliciter a se acceptam fuisse.

L. 5

I.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

1. Etiam si primæ classis Episcopi  
 perpauci admodum numero forent  
 ideone sic spernenda esset eorum au-  
 thoritas, ut ne audiri quidem deberent.  
 Nunquamne in Ecclesia contigit, ut  
 Episcopis pene innumeris nunc in Ori-  
 ente, nunc in Occidente, seu vi, seu  
 fraude, seu mentis simplicitate, seu  
 ignoratione veri, aut cæco amore pa-  
 cis & concordiæ, compulsis ad ful-  
 scribendas fidei formulas errori fave-  
 tes, pauci admodum initio steterint  
 pro veritate, ceterosque tandem in sua  
 partes attraxerint? Annales Ecclesie  
 volventibus in promptu sunt ejusmodi  
 exempla. Uno S. Augustini testimonio  
 utemur: *Ipsa (Ecclesia) aliquando  
 obscuratur, & tanquam obnubilatur multi-  
 tudine scandalorum . . . Quis nescit illo tem-  
 pore obscuris verbis multos pravi senten-  
 tiarum delusos, ut putarent hoc credi ab  
 orthodoxis, quod etiam ipsi credebant: alios  
 tunc timore cessisse, & simulate consensisse  
 non recte ingredientibus ad veritatem Evan-  
 gelii? . . . Illi, qui tunc firmissimi fuerunt,  
 & verba hæreticorum insidiosa intelligere  
 potuerunt, PAUCI QUIDEM IN COM-  
 PARATIONE CETERORUM, sed tamen  
 etiam ipsi quidam pro fide fortiter ex-  
 stiterunt, quidam toto orbe latitabant.*

S. August.

Ep. 93.

n. 30. &amp; 31.

Præter eos qui non duxerunt recipiendam esse Constitutionem, duodeviginti (\*) jam Episcopi ad futurum Concilium appellarunt, multique mox, facta tandem ejus rei libera potestate, appellaturi certo affirmantur. An, ut omittamus hic magnitudinem Sedium quas aliquot ex iis occupant, pro nihilo computandus est talis Episcoporum numerus.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

(\*) Episcopus Mirapiscensis, }  
Episcopus Senecensis, } hi quatuor conjunctim, die  
Episcopus Montis-pessulani, } 1. Martii An. 1717.  
Episcopus Boloniensis, }

Eminent. Card. Archiep. Paris.	Episcopus Antiffiodorensis,
die 3. Aprilis An. 1717.	die 14. Martii An. 1717.
Episcopus Virdunensis,	Episcopus Lectorensis nuper
die 22. Mart. An. 1717.	defunctus,
Episcopus Apamiensis,	die 1. Junii An. 1717.
die 12. Apr. An. 1717.	Episcopus Bajonensis,
Episcopus Catalaunensis,	die An. 1717.
die 21. Apr. An. 1717.	Antiquus Episcopus Tornacent.
Episcopus Condomensis,	die 13. Octobr. An. 1718.
die 21. Apr. An. 1717.	Episcopus Laudunensis,
Episcopus Agennensis,	die 24. Octob. An. 1718.
die 21. Apr. An. 1717.	Episcopus Engolismensis,
Episcopus Maclovæus,	die An. 1718.
die 21. Apr. An. 1717.	Episcopus Matiscon.
	die An. 1718.

Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Turonensis,  
Sede vacante, die 30. Sept. An. 1718.

Sæc. XVIII. numerus, in ea ipsa regione degentium  
 A.C. 1719. ubi nata quæstio est, qui re diligenter  
 excussa toto quinque annorum spatio,  
 nulla vi intus coacti, nulla spe foris al-  
 lecti, coram Deo testantur sibi visum  
 esse prorsus necessarium ad tuendam  
 fidei & morum integritatem a Consti-  
 tutione *Unigenitus* ad supremum Con-  
 cilium appellare?

1. Machab. 2.  
 27.

Quid si huic præclaro egregiorum  
 Ducum agmini adjungatur multitudo  
 pene infinita pugnantium pro veritate  
 copiarum, quæ ex universis Gallix re-  
 gionibus. *Zelum habentes legis*, quotidie  
 in eorum castra confluant?

Ut nihil dicamus de Appellationibus  
 per totum late Regnum interposi-  
 tis ab aliquot aliis Universitatibus, a  
 tot illustribus Canonicorum Collegiis,  
 tot piis Ecclesiarum Pastoribus, tot præ-  
 claris Religiosorum Ordinibus, & eo-  
 rum præsertim apud quos Ecclesiasticæ  
 disciplinæ studium & eruditionis laus  
 viget; quanti momenti esse debet vel  
 unius Parisiensis Ecclesiæ testimonium,  
 ubi propter principis Urbis amplitudi-  
 nem tot fulgent collecta in unum pie-  
 tatis pariter & doctrinæ lumina? Quod  
 quidem testimonium eo majoris pon-  
 deris habendum est, quod illud non  
 Magnatum prensatio, non Principum  
 auctoritas, non ipsius Eminentissimi  
 Præ-

Præfulis Noaillii, quem omnes, ut de-  
 bent, colunt & obſervant, reverentia,  
 ſed unus veritatis & religionis amor  
 expreſſit. Quantumvis ſuo numero  
 confidere videantur adverſarii; ſi juſto  
 prælio conſligatur, hoc eſt ſi veniatur  
 ad publicam & legitimam in Concilio  
 diſceptationem, haud ſcimus an tan-  
 topere ſpreturi ſint ejuſmodi *caſtrorum  
 aciem ordinatam.*

2. At ſtant quoque pro nobis, aut  
 certe contra Conſtitutionem militant,  
 illi Epifcopi, qui eam relative tantum  
 ad ſuas Explicationes acceperunt; &  
 horum longe majorem eſſe numerum  
 nemo ambigit. Mentionem facit, te-  
 ſtis ejuſ rei oculatus, Illuſtriſſimus Epi-  
 ſcopus Antiſſiodoreniſis, ut & Eminen-  
 tiſſimus Cardinalis Noaillius, duarum  
 Epiftolearum, quas triginta Epifcopi ad  
 Sereniſſimum Principem Regni Regen-  
 tem ſcripferunt, alteram quidem menſe  
 Januario Anno 1716. alteram die 8. Se-  
 ptembris ejuſdem anni, quibus teſtan-  
 tur, *Bullam non fuiſſe acceptam niſi rela-  
 tive ad Inſtructionem Paſtorales.* Hanc  
 declarationem, ſubjungit idem Epifcopus,  
*eo confidentius hic citamus, quod minime  
 timemus ne quis Fratrum noſtrorum, qui  
 Comitibus illis interfuerunt, reclamare contra  
 audeat. Et re vera, ut adjunctas ceteris  
 propoſitionibus explicationes omittamus,  
 legere*

Sæc. XVIII.  
 A.C. 1719.

Mand. Episc.  
 Antiſſiod.  
 Anno 1718.  
 pag. 5.

Sæc. XVIII. legere sufficit *Instructionem Pastoralem* de  
 A. C. 1719. *eis propositionibus quæ ad Excommunicationem pertinent, ut statim oculis se offerant modificationes quas iis apposuimus, & quas Episcopi æque ac Magistratus necessarias prorsus duxerunt ad continendos in debito Principibus obsequio populos.*

*Litteræ  
 Clem. XI.  
 8. Sept. 1718.*

*2. Monitum  
 Episc. Sueff.  
 pag. 38.*

Minime igitur in dubium revocari potest relative tantum ad Explicationes acceptam fuisse a compluribus Episcopis Constitutionem, eique restrictiones quasdam ab eis fuisse adjunctas. At Clemens XI. ejusmodi Episcopos, qui Constitutioni debitam & omnimodam obedientiam præstare recusant, uti aperte inobedientes, ut notorie contumaces, & refractarios habere, tenere ac reputare se declarat. Idem testatur apertis verbis Illustrissimus Episcopus Sueffionensis. *Si qui Fratrum & Collegarum nostrorum, inquit ille, contenderent acceptationem suam fuisse relativam, idque ita interpretarentur, quasi ejusmodi acceptatione restringeretur aut modificaretur Bulla, Decretumque illud periculosum in se & ambiguum indigeret illa determinatione ut acciperetur, eos facile patimur non censeri nostros. Fatente igitur Sueffionensi Antistite Constitutioni adversantur, atque adeo pro nobis stant illi Episcopi, qui eam relative & cum restrictionibus admiserunt.*

3. Su

3. Supereſt ultima claſſis Epiſcopo-  
 rum, qui dicunt pure & ſimpliciter a  
 ſe Conſtitutionem fuiſſe acceptam. Pure  
 & ſimpliciter accipere Conſtitutionem,  
 eſt damnare propoſitiones ſecundum eos  
 ſenſus, quibus damnatæ ſunt a Romano  
 Pontifice, hoc eſt, ut ipſe teſtatur, in  
 obvio & naturali earum ſenſu, ubicum-  
 que occurrant, nullamque earum dam-  
 nationi reſtrictionem aut modificatio-  
 nem adjungere. Quod de ſe profiteri  
 qua ratione poſſint ii Epiſcopi, qui Pa-  
 ſtoralem Inſtructionem adoptarunt, certe  
 non patet. An illi in obvio & naturali  
 ſenſu damnarunt propoſitiones, quæ  
 ipſis SS. Patrum aut Conciliorum ver-  
 bis concinnatæ ſunt; qualis hæc: **FI-**  
**DE EST PRIMA GRATIA. ET FON-**  
**OMNIUM ALIARUM;** quæ ſic habe-  
 tur apud Concilium Tridentinum: *Fi-*  
*des eſt initium ſalutis humanæ, fundamen-*  
*tumque & radix omnis juſtificationis: &*  
*ſic a S. Auguſtino paucis contrahitur:*  
*Quam gratiam primo accepimus? fidem:*  
 aut alias propoſitiones de omnipoten-  
 tia Dei ad inflectendas quo voluerit hu-  
 manas voluntates, de inſufficientia ti-  
 moris ſolius ad convertendum cor, de  
 neceſſitate amoris Dei, de dilatione ab-  
 ſolutionis erga peccatores nondum pœ-  
 nitentes, de utilitate lectionis Scriptu-  
 ræ Sacræ, & præſertim ſancti Evangelii?  
 Poſſunt

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Conc. Trid.  
 Sæſſ. 4. c. 8.  
 S. Auguſt.  
 Traſt. 3.  
 in Joan.  
 num. 8.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Possunt quidem verbis profiteri, & forsitan fortasse ipsis persuadere, damnari a se illas propositiones in obvio & naturali sensu, sine ulla restrictione & modificatione; at id, pace ipsorum liceat dicere, nemini certe persuadebunt qui Pastoralem Instructionem legerit, in qua propositionibus istis sensus omnino alienus & extranei ab eo, qui se primum legentibus offert, affinguntur.

Sed omissis ceteris propositionibus, quomodo se ab illa extricare possunt EXCOMMUNICATIONIS INJUSTI METUS NUNQUAM DEBET NOS IMPEDIRE AB IMPLENDO DEBITO NOSTRO? Suprema Senatus Parisiensis Curia, & ceteræ omnes per totum regnum, huic propositioni restrictiones & modificationes apponendas censuerunt, ut libertatibus nostris & sacræ Regum personæ salutis committerent, quas damnatio istius propositionis aperte impugnat, si in suo naturali & obvio sensu damnetur. Fieri ne posset ut obvius & naturalis sensus illius propositionis fugisset universis totius Regni Magistratus, acutissimos illos aliunde & sagacissimos rerum aestimatores, acerrimosque vindices nostrarum libertatum; & vano pavore omnes territi supervacuas restrictiones apposuissent ei propositioni, quæ melius

scilicet proprio sensu intellecta ab aliquot Episcopis, nullum relinquit metuendi locum?

An Episcopi isti restrictiones & modificationes a supremo Senatu appositas, sine quibus vetat auctoritas Regia Constitutionem in hoc Regno accipi, ipsi quoque admittunt? Si hoc ita se habet, jam a Romano Pontifice desiscunt, omnimodam ejus Constitutioni obedientiam, qualem ipse postulat, non præstant, siquidem illa, ipsis fatentibus, nullam omnino restrictionem aut modificationem patitur; atque ita cum ceteris Episcopis & cunctis Regni Magistratibus a caritate & communione Ecclesiæ Romanæ, *tanquam aperte inobedientes & notorie contumaces*, ipsi quoque separantur.

Si propositionem istam in obvio & naturali sensu damnant, nec ullam ipsi restrictionem aut modificationem adjungunt, jam plane adversantur supremorum Senatum auctoritati, & doctrinæ totius Regni, unde pendet salus Regum nostrorum.

Nec minus adversantur Apostolorum doctrinæ, qui sic omnes una voce exclamant: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* *Act. 5. 29.* Officium enim, de quo in damnata propositione agitur, est, ut sensus statim obvius id significat, &

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

M

ipsa

**Sæc. XVIII.** ipsa Censuræ Romanorum verba te-  
**A. C. 1719.** stantur, *debitum*, hoc est verum, san-  
 ctum, legitimum officium, cujus o-  
 missio peccatum esset; & excommuni-  
 catio *injusta* supponitur. Quo in casu  
 testibus XL. Episcopis in Instructio-  
 Pastorali, negari non potest veritas il-  
 lius 91. Propositionis.

At unde certo resciscunt illi Epi-  
 scopi, Clementem XI. non esse in eadem  
 sententia ac quosdam e suis Decessoribus,  
 qui existimarunt Juris clavium  
 sibi a Christo traditi hoc esse privilegium  
 ut Reges a se excommunicatos possent  
 regno suo spoliare, eorum regna, cui ve-  
 lint tradere, subditosque jurato Prin-  
 cipibus obsequio liberare: atque ha-  
 mente damnatam ab eo hanc propo-  
 sitionem, EXCOMMUNICATIONIS  
 JUSTÆ METUS NUNQUAM DEBE-  
 NOS IMPEDIRE AB IMPLENDO DE-  
 BITO NOSTRO? Si enim hæc du-  
 ponamus, talem in Reges ipsos com-  
 petere Romanis Pontificibus potesta-  
 tem, & subditos excommunicatione  
 etiam injustæ metu impediri debere  
 solvendo Principibus *debito* obsequio  
 quorum alterum sibi Romani quidam  
 Pontifices vindicarunt, alterum non  
 Præfules, qui pure & simpliciter Com-  
 stitutionem accipiunt, concedere ipsi  
 non obscure videntur: plane actum esse

non modo de Libertatibus Regni, sed Sæc. XVIII.  
 de ipsa sacra Regum persona, quæ no- A. C. 1719.  
 bis, si vere Galli & Christiani sumus,  
 vita nostra debet esse multo carior.

Contendant igitur, quantumlibet  
 voluerint, se idem cum supremis Sena-  
 tibus sentire, & tamen a se pure &  
 simpliciter ac sine ullis restrictionibus  
 Constitutionem accipi; sermo iste a ne-  
 mine intelligetur. Neque enim argu-  
 tiis & subtilitatibus verborum naturales  
 rerum ideæ facile pervertuntur. Rem  
 attente perpendentibus, videbuntur po-  
 tius in adoptanda Constitutione acce-  
 pisse tantum verba, & voces, & ina-  
 nes sonos, omni prorsus claro & di-  
 stincto sensu vacuos. Utcumque se res  
 habet, suffragia aliquot ejusmodi Præ-  
 sulum, qui sic Constitutionem a se di-  
 cunt accipi, nunquam habebuntur pro  
 consensu majoris partis Episcoporum  
 Ecclesiæ Gallicanæ.

II. Ut hujus domestici Gallicanorum  
 Præsulum agminis infirmitas utcum-  
 que tegeretur, ad illius præsidium ma-  
 gnis, si non sumptibus, at certe cona-  
 tibus, advocatæ sunt e remotissimis Eu-  
 ropæ partibus externorum Episcopo-  
 rum (\*) auxiliares copiæ. At semoto

M 2 pau-

(\*) Sic ipsi loquuntur: *Ut strenuis commi-  
 tionibus nostris, in Episcopatu condignis Fra-  
 tribus, qui sic strenue in Gallicæ campo pro ve-  
 ritate decertant, suppetias afferamus.*

Sæc. XVIII. paulisper fulgore & strepitu magnorum  
 A. C. 1719. nominum, quæ sæpe plus terroris habent,  
 quam virium, hujus tam numerosi in speciem tamque metuendi exercitus, quæ sit natura & multitudo copiarum, liceat propius introspicere.

Tom. I.  
 Testim.  
 pag. 216.

Singulari prorsus veneratione dignissima nobis viderentur tot Episcoporum testimonia, si in iis extarent expressa quædam vestigia antiquæ illius consuetudinis, quæ ab ipso statim initio a Sacris Canonibus præscripta, apud omnes Ecclesias constanter & inviolata viguit. Uno aut altero exemplo docebit nos Hispania, qualis sit illa veteris consuetudo, quale jus Episcoporum, qualis ratio excipiendi canonice Decretis vel Romani Pontificis, vel etiam Conciliorum.

Concil. T. 6.  
 Concil. XIV.  
 Tolet. cap. 2.

Discimus ex XIV. Concilio Toletano, quod habitum est Anno 684. missum fuisse ad illud a Papa Leone II. Acta V. Concilii Generalis contra Monothelitas celebrati, ut roborarentur consensu Episcoporum illius Regni, quorum nullus ei Concilio interfuerat: *In cujus etiam gratioso Epistolæ tractu ad hoc omnes Præsules Hispaniæ INVITATI SUNT, ut prædicta Synodalia instituta, quæ miserati NOSTRI ETIAM VIGORIS MANERENT AUCTORITATE SUFFULTA omnibusque per nos sub regno Hispaniæ consistant*

*consistentibus patefcerent divulganda.* Certitur hic gratiosa invitatio Romani Pontificis, non imperiosa jussio. Episcopi attribuunt sibi, non meram executionem Pontificiarum definitionum, sed legitimæ auctoritatis vigorem; quo etiam Generalis Concilii Decreta in illo casu fulciri expediret.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Cum propter nivium copiam & vim frigoris non liceret statim Concilium totius Nationis convocare, habitum est Provinciale Toleti, quod est XIV. & ad illud alii omnes Metropolitanii miserunt suos Vicarios seu Procuratores. Ei præsidebat S. Julianus Urbis Regiæ Metropolitanus.

Antequam Episcopi in unum convenissent, singuli seorsim in suis urbibus Acta Concilii VI. Generalis diligenter perlecta expenderant, ut scilicet paratiores ad Concilia accederent; eaque jam privatim approbaverant. Hinc Sanctus Julianus misit ad SS. Papam, (qui, ut videtur, conquestus fuerat, quod nullus Hispaniæ Episcoporum Romam cum ceteris venisset) Responsum Apologeticum, cum Approbatione Actorum Concilii VI. & clara expositione suæ fidei; quæ omnia posthac Toletana Synodus adoptavit.

Cap. 3.

In illa Synodo congregati Episcopi agnoscunt primum generaliter in unum

Cap. 4. & 5.

M 3

con-

Sæc. XVIII. congregandos fuisse omnes, Hispaniæ Praesules, juxta Canonum speciale \* Decretum quo Concilium Generale pro fidei causa

\* Can. 3.  
Conc. IV.  
Tolet.

aggregari præcipitur. Sed cum id propter sævientem hiemem fieri non posset, placuit saltem discretis provinciis Concilia celebrari, quibus diligenter ac mature expenderentur & Acta Concilii VI & Responsa S. Juliani, quæ ipsi post longum & severum examen adoptaverunt ut Synodica iterum examinatione decessu vel communi omnium Conciliorum judicio comprobata, per singula Hispaniæ provincialium regna promulgarentur.

Cap. I.

Cap. 5. & 6.

Nec specie tantum & verbotenus ad inanem pompam & ostentationem examina illud instituebant, sed acriter ad modum studio, diligenti cura, & severa inquisitione, sicut oportebat prætantæ rei negotio pertractando, causæ hujus ordinem & totius rei negotia retexentes. Itaque supradicti Acta Concilii cum suarum Ecclesiarum traditione & primis quatuor generalibus Conciliis accurate collata, sui confensus auctoritate comprobantur, in quantum a præmissis Conciliis non discederent, imo in quantum cum illis concordare deberentur.

Concil. Tom.  
VI. p. 1294.

Quatuor post annis habitum est in eadem urbe totius Nationis Concilium XV. Toletanum, in quo Hispanorum

rum non minor eruditio & constantia <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 enituit. In ea expositione fidei, quam <sup>A. C. 1719.</sup>  
 S. Julianus Toleti Archiepiscopus Ro-  
 mam ante miserat, nonnulla reprehenderat  
 Benedictus II. Toletari Patres notatos a Sanctissimo Papa & a Romanis Censoribus articulos cum diligenter perpendissent, eosque cum multis SS. Athanasii, Ambrosii, Cyrilli, Augustini, Isidori Hispalensis, Fulgentii, aliorumque omnino similibus locis comparassent, demonstrarunt, nihil aliud iis contineri, quam placita SS. Patrum ipsis sæpe eorum verbis expressa, atque adeo eos non posse nisi aut ab imperitis hominibus, aut ab invidis obtreptatoribus condemnari; *quia id omne quod contra illos celebres in toto orbe Doctores sapitur, a rectæ fidei regula abhorere sentitur.*

Talis viguit apud omnes Hispaniæ Ecclesias vetus consuetudo, ut paucis abhinc annis occasione quarumdam Universitatis Salmanticensis epistolarum observavit sacræ tunc Facultatis Syndicus M. Hyacinthus Ravechet, <sup>Acta Sacræ Facult.</sup>  
 acri zelo veritatis, cui vitam impendit, & sincera pietate multo quam profundæ eruditionis laude illustrior, cujus nomen ac memoriam singulari semper veneratione prosequetur Universitas.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719

Cum habebitur illud Concilium, ad quod provocamus, (quod utinam accidat) hæc certe in primis quæstio agitur, utrum convocati Patres habeant delatam ad eos Constitutionem discutiendi, eam approbandi aut rejiciendi, de ea supremo judicio pronuntiandi. Tum vero inter Episcopos, qui forte Inquisitionis metu, aut præconceptis ex prava institutione opinionibus, aliter antea senserint, an quisquam esse poterit, qui sinat spoliari se jure illo judicandi, quod ab ipso Christo sibi traditum in omnibus Conciliis semper Episcopi usurparunt?

Hujus ergo antiquæ consuetudinis trutina expendamus nunc quæ nobis opponuntur, exterorum Præfulum testimonia & Literas.

Quadraginta circiter Præfulum Letteræ & Testimonia proferuntur. Etiam si nihil aliunde legitimæ eorum formæ & auctoritati deesset, quid foret ista paucitas, ubi de universalis Ecclesiæ consensu agitur, comparata cum innumeris fere totius Europæ Episcopis, qui de Constitutione silent?

At quam vim habere possunt in judiciis Ecclesiasticis testimonia & instrumenta, quæ juridicis omnibus formis destituta, apud nullum usquam Tribunal, etiam in negotiis temporalibus vel

vel levissimi momenti, facerent fidem, Sæc. XVIII.  
 nedum Concilii generalis auctoritatem A. C. 1719.  
 præ se ferant, & totius Ecclesiæ vox  
 haberi possint?

Loquitur sæpe Metropolitanus suf-  
 fragantium sibi Episcoporum nomine,  
 quos nec consultos fuisse, nec ullam  
 suo nomine respondendi facultatem tri-  
 buisse apparet.

Loquitur etiam sæpe unus Episco-  
 pus nomine totius alicujus Regni, imo  
 interdum nomine complurium Regno-  
 rum, nec fidem ullis instrumentis pu-  
 blicis facit eorum, quæ testatur.

Multi profitentur tantum genera-  
 tim dáturos se operam, ut Constitutio  
 executioni mandetur, nec probant  
 ullo modo eam fuisse a se aut a suis Ec-  
 clesiis canonice acceptam vel publica-  
 tam, prævioque examine habito de ea  
 accipienda se judicium tulisse; quod  
 pernecessarium erat in negotio, ubi de  
 tota religione agebatur.

Nullibi accepta est Constitutio ea  
 judicii Ecclesiastici forma, quam ipse  
 Christus instituit, quæ sola vim habet  
 in causis ad fidem pertinentibus, quam  
 solam Ecclesia agnoscit ut legitimam,  
 & divinam, nempe ubi Episcopi, tan-  
 quam Apostolorum successores & ab  
 ipso Christo Judices constituti, senten-  
 tiam ferunt: at plurimis in locis nomine

M 5 &

**Sæc. XVIII.** & jussu Inquisitionis, id est, tribunalis  
A. C. 1719. novi, peregrini, humani, injuriosi Episcopatui, quem suis juribus indigne spoliat, quo se superius gloriatur, cui leges indicit, gravissimasque (\*) multasque carceris, ipsiusque excommunicationis poenas infligit, si quis contra mutare audeat.

Plerique ex his Episcopis, qui rescripserunt, sola sua opinione de infallibilitate Romani Pontificis adducti sunt, ut Constitutionem reciperent; sibi ipsi omni dubitatione, omni inquisitione omni denique actu & officio Judicis religiose interdixerunt; nec minus gravi piaculum ac nefas duxissent quæ definita sunt a Romano Pontifice suo examini & judicio subjicere, quam si, ut SS. Papæ Clementis XI. verbis utamur, *ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendissent.*

Quid illi de Romani Pontificis auctoritate sentiant, & quid ipsi de eorum Literis sentire debeamus, docet nos unus Cæsar - Augustanæ urbis Archiepiscopus, cujus testimonium omnium instar esse potest. *Cæterum quod*

(\*) Quicumque Magni Inquisitoris Mandato non pareat, excommunicationem maiorem facto ipso incurrit, & ducentis præterea ducatis mulctatur. *Vide Mand. Episc. S. Sissiod.*

nostram Hispaniam attinet, ex certa scientia valde asseveranter testamur, & fidem facimus, imo & fidejubemus, in Aragoniæ Regno, & in aliis Hispaniæ Provinciis, omnes omnino Episcopos, omnes Ecclesias, omnes Academias, omnes Religiosos Ordines, omnes cujuscumque conditionis homines, summa veneratione pure & simpliciter acceptavisse prædictam Constitutionem, TANQUAM SCRIPTAM DIGITO DEI VIVI, ET ORACULUM SPIRITUS SANCTI, ita ut nemo quisquam ex toto aut ex parte contrarium sustinuerit, nec ista aut apicem unum expunxerit, aut expungi ab ullo Catholico posse crediderit.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

An majore reverentia & sanctiore cultu ipsum Jesu Christi Evangelium recipi posset? Nonne per Deum immortalem, exclamaret nunc longe potiori jure Cardinalis Contarenus, hæc idololatriam sapiunt? . . . Per nos, inquiebat Papam ipsum alloquens, nomen Christi blasphematur inter gentes.

Ep. II. ad  
Paulum III.  
Pontif.

Singulari divinæ Providentiæ consilio accidit prolata esse in publicum ab ipsis Constitutionis fautoribus ejusmodi testimonia, quibus inanis eorum de consensu universalis Ecclesiæ gloriatio efficacius quam ullis argumentationibus refutatur. An hic ulla Canoniciæ acceptationis vestigia apparent? An ulla

Sæc. XVIII. ulla inquisitio, ullum examen, ullum  
 A. C. 1719. Judicium confessus? An vel mentio ha-  
 bita perpendendi, utrum Constitutio esse  
 set accipienda, nec ne? An collatio  
 facta centum & unius propositionum,  
 quæ ipsorum examini subjectæ erant,  
 cum antiqua fide suorum majorum,  
 cum veteri Traditione, cum scriptis  
 SS. Patrum, cum Decretis Concilio-  
 rum, cum Sacra Scriptura? Horum  
 omnium loco fuit cæca & omnimoda  
 erga Pontificem Romanum, utpote  
 quem infallibilem credunt, obedientia  
 & veneratio.

Si talis auctoritas valeat, accepta  
 pariter & longe potiori jure dici pote-  
 runt ab universa Ecclesia Bullæ illæ  
*unam Sanctam . . . Execrabilis . . .*  
 ea quæ vulgo dicitur: *In Cæna Domini*  
 aliæque similes, quas defensores *Infa-*  
*libilitatis* non minore consensu acceperunt,  
 nos autem Galli merito rejicimus.

Non dissimulandum tamen in Epistola  
 jam citata Archiepiscopi Cæsariensis  
 augustanæ urbis fieri mentionem fieri  
 admodum & profundi examinis. Me-  
 nitus ille procul dubio, horum testi-  
 moniorum vim, id quod revera est, in  
 Gallia prorsus infringendam esse, si abs-  
 que ullo examine recepta Constitutio  
 diceretur, tali criminationi dum vult  
 occur-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

occurrere, majorem ei dat locum, docetque nos, examen illud fuisse non cognoscentis Judicis, sed perdocilis discipuli; receptamque a se Constitutionem ut sacram & inviolabilem normam, a qua nefas esset vel latum unguem discedere. *Neque idcirco, inquit, illius definitiones negligimus, aut non curamus inspicere, rimari, & examinare, ut Novatores blaterant: quin potius, quia infallibilem credimus, sedulo studemus introspicere, ut ab eo tutius & certius, edoceamur, ut corrigamus si quid hactenus contra sensimus, ut caveamus ne quid dissonans imposterum sentiamus aut doceamus.* Judexne ergo fidei & Apostolorum successor ita loquitur? An sua jura, an priscos Canones, an antiquam & avitam Hispaniæ Ecclesiæ consuetudinem vel profus oblitus est, vel penitus deseruit?

At vix credibile videtur inter Episcopos Gallicanos, quibus notæ & caræ debent esse nostræ libertates, potuisse reperiri aliquem, qui auderet pro solemnium universæ Ecclesiæ judicio & consensu nobis obtrudere ejusmodi Literas, quibus si creditur ut Ecclesiæ judicio, de fide jam erit Papam esse infallibilem; quæ quidem Literæ, profus refertæ perniciofa Strigoniensis  
 Archi-

Sæc. XVIII. Archiepiscopi doctrina, quam olim  
 A. C. 1719 facer \* Ordo nostrorum Theologorum  
 & suprema Senatus Parisiensis \* Cum  
 proscripserunt, non minus juste utrius  
 que censuram merentur.

\* 18. Maij  
 1683.  
 \* 23. Jun.  
 1683.

S. August.  
 de Bapt.  
 contra Do-  
 nat. lib. 2.  
 cap. 4.

Quantumlibet multiplicentur eju-  
 generis testimonia, non est ea sane  
 cujus ponderi omnium Fidelium & Pa-  
 storum mentes cedere æquum & ne-  
 cessarium cum S. Augustino credimus  
*Universæ Ecclesiæ concordissima auctoritas*  
 III. At ipsa Episcoporum Galliarum  
 Mandata, quibus accepta dicitur Con-  
 stitutio, haberi non possunt pro testi-  
 monio cujusque illorum Ecclesiæ.

Sæpe jam professi sumus agnoscent  
 nobis Episcopos tanquam constitutos  
 ab ipso Deo fidei Judices. Sed quan-  
 tumvis verenda sit illorum auctoritas  
 non ideo possunt in ferendo judicio  
 cedere ab iis legibus, quas & ipsa na-  
 turalis ratio præscribit, & semper re-  
 ligiosissime secuta est Ecclesia, præse-  
 tim in quæstionibus fidei.

Constat inter omnes, nihil posse  
 majus vindicare Episcopos, quam  
 judicium ferre possint de iis rebus,  
 quibus Concilia pronuntiant, easdem  
 scilicet regulas eamdemque formam  
 cuti, quas ipsa Concilia observant. Si  
 igitur in Conciliis auditur Secundus  
 Ordo, qui possunt Episcopi, cum extra  
 Con-

S. Hieron.  
 in cap. 3.  
 Isai. v. 3.

Concilium pronuntiant, pro nihilo habere testimonium Cleri, qui, teste S. Hieronymo, est velut Senatus uniuscujusque eorum Ecclesiæ, nec eo in suis judiciis uti?

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Habitu est semper Concilium Hierosolymitanum tanquam norma & regula, quam sibi sequendam Ecclesia proposuit in sanctis illis Synodis, ubi definita sunt fidei dogmata; notantque Patres Quinti Concilii eam fuisse dili-

Concil. t. 5.  
pag. 563.

genter in primis quatuor Conciliis observatam. Inde Cardinalis Polus, unus e legatis Concilii Tridentini, sæpius

Reg. Polus  
de Concil.  
pag. 36.

repetit ex personarum diversitate, quæ jus dicendi sententias, deternendi, ac judicandi in illo Concilio Hierosolymitano habuerunt,

quod archetypum exemplumque reliquorum omnium Conciliorum fuisse intelligitur, colligi posse ad quos maxime pertineat in ceteris Conciliis eodem jure uti. Hoc au-

pag. 50.

tem, pergit idem, quærendo pervenimus, ut intelligamus corpus ipsum Concilii ex illis constare, qui curam gregis habent: ut in exemplo Petri, Apostolorum, ac Seniorum videmus, qui in hoc Hierosolymitano Concilio interfuerunt . . . Episcopos privatarum Ecclesiarum elegit (Spiritus Sanctus) & ceteros, quibus animarum curam commendavit, ut eodem officio fungerentur in omnibus Conciliis & Conventibus ad confirmandam Petri fidem, quo functi sunt reliqui

Sæc. XVIII. reliqui Apostoli & Seniores in primo  
A. C. 1719. Concilio Hierosolymitano, sic ut eadem  
 quasi personas in omnibus legitimis Conciliis  
 omni tempore & præesse, & sententias de-  
 cere, atque controversias dissolvere, ac de  
 nique decreta caritatis plena ad Ecclesiam  
 utilitatem facere, vere affirmare possimus.

Et vero Seniores, id est Presbyte-  
 ros, semper Apostolis adjungit Scri-  
 ptura sacra. Statuerunt ut ascenderent  
 . . . ad Apostolos & Presbyteros in Jeru-  
 salem super hac questione . . . Conven-  
 runt Apostoli & seniores videre de verbis  
 hoc . . . Placuit Apostolis & senioribus . . .  
 Apostoli & seniores fratres, his qui sunt  
 . . . Antiochiæ . . . Visum est Spiritui  
 Sancto, & nobis . . . Tradebant eis  
 studire dogmata, quæ erant decreta ab Apo-  
 stolis & senioribus. Jacobus . . . omnes  
 que collecti seniores . . . dixerunt . . . Nos  
 scripsimus judicantes.

Collecta sunt in pluribus egregie  
 scriptis plurima loca, quibus luce clari-  
 rius demonstratur, nullis non temporibus  
 usum hunc Apostolicum viguisse.  
 Neque mirum illud videri debet,  
 meminimus, quod veteri traditione  
 constat, quod nostri (\*) majores semper

(\*) Sic universitas loquitur in Literis  
 omnes Regni Prælatos missis super Bullam  
 Nicæ

defenderunt, quod Procurator Generalis, cum Appellationem ad futurum Concilium interponeret nomine Regis Christianissimi Caroli VIII. & totius Regni, palam asseruit, quemadmodum 12. Apostolis Episcopi successerunt, ita 72. Discipulorum vicem gerere Presbyteros, atque in eorum loco esse constitutos in Ecclesia, quibus regendi auctoritas & potestas a Domino concessa est.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Joan. de  
Nanterre  
An. 1484.  
Hist. Uni-  
versitat. t. 5.  
pag. 764.

Jam pridem affluevit Academia Parisiensis Cleri cum Episcopo consortium desiderare. Legimus in actis nostris ad Annum 1456. cum orta esset contentio occasione Bullæ, quæ spectabat Mendicantes, rogatum esse D. Episcopum Parisiensem, ut vellet & dignaretur convocare Clerum suum super isto negotio: quod ille perhumane præstitit. Et placuit Universitati capere instrumentum publicum . . . de adjunctione Cleri & D. Parisiensis in materia Mendicantium.

Con-

Nicolai V. An. 1456. Christus 12. Apostolos tanquam majores Sacerdotes, & 72. Discipulos quasi minores instituit. Apostolorum siquidem loca tenentes Reverendos Episcopos, tanquam Antistites majores; ceterorum vero Discipulorum ministerio successisse Parochiales Presbyteros, veluti Prælatos minores, non ambigitur. Hist. Universit. Tom. 5. pag. 603.

N

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

S. Cyprian.  
Epsti. 71.  
ad Quintum.

S. Firmil.  
apud S. Cyprian.  
Epist. 75.

Consultus a Quinto S. Cyprianus, quid Episcopi de baptismo hæreticorum statuissent, non erubescit Episcopis adjungere Presbyteros: *De qua re quid nuper in Concilio plurimi Coepiscopi, CUM CONPRESBYTERIS qui aderant, censuerimus, ut scires, ejusdem Epistolæ Exemplum tibi misi.* Idem testatur cœvus illi S. Firmilianus: *Qua ex causa necessario apud nos fit, ut per singulos annos SENIORES & Præpositi, (id est Presbyteri & Episcopi) in unum conveniamus ad disponenda ea, quæ curæ nostræ commissa sunt: ut si quæ graviora sunt, COMMUNI CONSILIO dirigantur.*

Nemo ignorat, quanti fecerit S. Cyprianus scriptas vacante Sede Apostolica ad Clerum Carthaginensem Epistolas a Clero Romano, qui sui juris esse noverat in illo casu etiam de causâ fidem spectantibus ferre judicium. Et id juris inviolate Clero servatum est in cunctis Ecclesiis vacante Sede Episcopali.

Ut nihil dicatur de ceteris Presbyteris & Diaconis, quos Nicæno Concilio interfuisse pene innumeros affirmant Eusebius & Socrates, quis nescit quantum singulari doctrina & acerrimo fidei zelo fulgorem in illa Synodo emiserit nascens tunc Ecclesiæ lumen S. Athanasius adhuc Diaconus? *Sic*

gula percurrentibus sæcula, ingens se  
 copia offeret plurimorum ejusmodi te- Sæc. XVIII.  
 stimoniorum. A. C. 1719.

Et vero, si antiquis Ecclesiæ tem-  
 poribus tanta cura & religione Clerum  
 suum Episcopi consulebant, quanto  
 nunc id æquius videri debet, cum non  
 jam, ut olim, ex ipso Ecclesiæ sinu,  
 cui præsent, educuntur? quo fit, ut  
 longe major sit eis ratio advocandi in  
 consilium Presbyteros, tanquam testes  
 & custodes traditionis, a quibus re-  
 scire possunt, quæ sit Pastorum & po-  
 pulorum fides, quæ perpetua suæ diæ-  
 ceceos traditio.

Scilicet promissa a Christo Univer-  
 sali Ecclesiæ infallibilitas non posita  
 est in inspiratione divina, qua Episco-  
 pis definienda fidei dogmata revelen-  
 tur, sed in singulari præsidio sancti  
 Spiritus tuentis ab omni errore Epi-  
 scopos, qui omnium Ecclesiarum &  
 sæculorum fidem quanto maximo pos-  
 sunt studio investigant. Fit autem illa  
 investigatio diligenti examine divini  
 Verbi, seu scripto consignati, penitius  
 scrutando veteris & novi Testamenti  
 libros; seu viva voce traditi, rimando  
 studiose definitiones Conciliorum, scri-  
 pta SS. Patrum, preces & consuetudi-  
 nes Ecclesiæ, traditiones singularum

Sæc. XVIII. Ecclesiarum, & vigentem in præsen-  
 A. C. 1719. Pastorum & populorum fidem.

Hac de caussa throno impositus SS  
 Evangeliorum liber statuebatur in me-  
 dio Concilii: legebantur primum Sym-  
 bola & Decreta Conciliorum, quæ prius  
 habita fuerant, tanquam norma & re-  
 gula, a qua non liceret discedere: de-  
 scutiebantur Patrum placita & senten-  
 tiæ super controversis quæstionibus: *uniuscujusque* privatim Ecclesiæ fides  
 ac traditio repræsentabatur. *Quid*  
*quam aliud*, inquit Vincentius Lirin-  
 sis loquens de Ecclesia, Conciliorum  
*cretis enisa est, nisi ut, quod antea sim- p-  
 citer credebatur, hoc idem postea diligen-  
 crederetur? . . . Hoc, inquam, semper  
 neque quidquam præterea, hæreticorum  
 vitatibus excitata, Conciliorum suorum  
 cretis Catholica perfecit Ecclesia, nisi  
 quod prius a majoribus sola traditione  
 sceperat, hoc deinde posteris etiam per  
 pturæ chirographum consignaret. An  
 ejusmodi monumentorum indagati-  
 nem supervacua credi debet, quæ  
 Doctoribus & Presbyteris, ut &  
 Episcopis, eminere potest singulari  
 eruditio?*

*Ibid. l. I.  
 cap. 2.*

At sola - ne Episcoporum, in  
 sacra antiquitate, ad faciendam tra-  
 ditionis fidem, scripta excutiuntur? *Pa-  
 diamus iterum hac de re Vincentius*

Lirinensem. *Magnopere curandum est, Sæc. XVIII.*  
 inquit ille, *ut id teneamus quod ubique, A. C. 1719.*

*quod semper, quod ab omnibus creditum est*  
 . . . *Sed hoc ita demum fiet, si sequamur*  
*universitatem, antiquitatem, consensionem*  
 . . . *Consensionem quoque itidem (seque-*  
*mur) si in ipsa vetustate, omnium, vel*  
*certe pene omnium, Sacerdotum pariter &*  
**MAGISTRORUM** *definitiones sententias-*  
*que sectemur. Probat hic locus, ad co-*  
*gnoscendam penitus Ecclesiæ doctri-*  
*nam, non inhærendum esse unis Epi-*  
*scoporum scriptis, sed multos præterea*  
*consulendos, quales fuere S. Justinus,*  
*Athenagoras, Clemens Alexandrinus,*  
*Didymus, Hieronymus, multis in scri-*  
*ptis Tertullianus, quem Magistrum*  
*suum vocare solebat S. Cyprianus, &*  
*alii deinceps. Si autem opera pres-*  
*byterorum aliorumque Clericorum sin-*  
*gulari eruditionis laude eminentium,*  
*post ipsorum mortem habentur tanquam*  
*antiquæ traditionis monumenta, e qui-*  
*bis doctrina Ecclesiæ hauriri potest,*  
*cur Doctores iidem vivi & spirantes*  
*non consulentur tanquam testes doctri-*  
*næ & fidei earum, in quibus degunt,*  
*& quarum membra sunt, Ecclesiarum?*

Quid contigisset funestis quibusdam  
 temporibus, si in rebus ad fidem per-  
 tinentibus interdicta fuisset Clericis vox  
 omnis & auctoritas? Nonne Ecclesia-

Sæc. XVIII. sticæ historiæ monumenta nos edocent,  
A. C. 1719 multis in occasionibus eruditione & zelo

Clerici servatam esse sanæ doctrinæ integritatem, quam aliqui interdum Episcopi perniciosis erroribus inficere aggrediebantur? Tunc Clero non solum datur licentia, sed etiam imponitur necessitas, tuendæ palam traditionis Ecclesiarum, ut egregie testatur Charisius Presbyter & Philadelphix Oeconomus in eo supplice libello, quem adversus Nestorii errores Ephesinæ Synodo Generali obtulit. Omnes, inquit ille, qui recte sapiunt, ita comparati sunt, ut honorem semper, & quam decet observantiam spiritualibus maxime Patribus & Doctoribus deferre desiderent. Si vero illos, qui docere debent talia de fide auditoribus resonare contingat, quæ omnium & auribus & animos offendant; tunc sane ordinem commutari necesse est, & pravæ doctrinæ magistros a subjectis reprehendi.

Hac mente contra Paulum Samosatenum Antiochensem Episcopum vocem suam extollere non dubitavit perdoctus Malchion Presbyter, Græcæ Scholæ Antiochensi præfectus, solusque omnium valuit, teste Eusebio, occultos hominis sensus fraudesque detegere. Hac eadem mente & Clerus, & populus urbis Constantinopolitanæ acriter insurrexerunt contra suum Præsulem Nestorium.

*Euseb. Hist.*

*Eccles. l. 7.*

*c. 29. p. 279*

*Concil.*

*Ephes. Con-*

*cil. T. III.*

storum, non coerciti metu excommu-  
 nicationis injustæ: & utriusque zelum  
 ac fortitudinem summis laudibus ex-  
 tulit Sanctus Cælestinus Papa. *Beatus*  
*grex*, inquit populum alloquens, cui  
 dedit Dominus de pascuis judicare: eum-  
 que hortatur, ut, facta discretione inter  
 cibum & venenum, permaneat in his, quæ  
 sermone superiorum Pastorum docente di-  
 dicerat. Sermone autem ad Clericos  
 converso, quorum zelo tribuit populi  
 invictam fidem, eos admonet, ne ex-  
 communicationis contra eos latæ vano  
 terrore infringi se patiantur. Non vos  
 ista discrucient . . . Si certamen cum gen-  
 tibus haberetis, esset utique magna victoria  
 superasse eos, quos semper haberetis inimi-  
 cos. Quanta dicenda victoria est, ubi Sa-  
 cerdos, prædicatione mutata, Catholico-  
 rum factus est persecutor? . . . Habetis vos,  
 quicumque Ecclesia estis ejecti, pene nostro-  
 rum temporum beatæ recordationis Atha-  
 nassi Alexandrinæ Ecclesiæ prudentissimi  
 Sacerdotis exemplum . . . Ne tamen ad  
 tempus ejus videatur valere sententia, qui  
 in se jam divinam sententiam provocarat,  
 aperte Sedis nostræ sanxit auctoritas, nul-  
 lum sive Episcopum, sive Clericum, seu pro-  
 fessione aliqua Christianum, qui a Nestorio,  
 vel ejus similibus, ex quo talia prædicare  
 cœperunt, vel loco suo, vel Communionem  
 dejecti sunt, vel dejectum vel excommunica-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Pag. 365,

Pag 369.  
 & 370.

Pag. 373.

*Sæc. XVIII. tum videri: sed hi omnes in nostra Commu-  
 A. C. 1719. nione & fuerunt, & huc usque perduravit.*

Ut in hac parte, quæ secundum Ordinem spectat, paulo diutius immoremur, plura nos gravissimarum rationum momenta impulerunt. Quemadmodum enim officii nostri atque etiam religionis esse duximus, contra Ultramontanos assultus tueri pro nostris viribus in hoc scripto sacra jura Episcoporum, ex quibus plerique eorum, quæ Gallix Ecclesiis præfunt, inter membra Parisiensis Universitatis, quod magno honori ducimus, recensentur: ita etiam visum est deberi a nobis qualescumque illud defensionis auxilium Secundo Ordini, qui nobis quoque non mediocri ornamento est; de quo jam ante sui (a) Rectoris & (b) Syndici vocentur sententiam suam protulit Universitas.

Id autem præsertim ea de causa præstitimus, ut melius intelligeretur quanti ponderis esse debeant erumpentes ex universis Regni partibus querelæ Canonorum, Pastorum, Doctorum Presbyterorum, qui, dum ex una parte Episcopi aliquot testantur se cum incredibili gaudio agnovisse in Bulla Unigenitus doctrinam Ecclesiæ, ipsi declarant illa Constitutione oppugnari antiquam & vigentem etiam nunc Pastorum & populorum fidem; idque clare demon-

a) Orat.  
 habita die  
 22. Jun.  
 An. 1716.

b) Orat.  
 habita die  
 5. Octobr.  
 1718.  
 Vid. Act.  
 Appell.

demonstrant Ritualibus, Catechismis, Sæc. XVIII.  
Mandatis, & Monitis Synodalibus Epi- A. C. 1719.  
scoporum, quibus succedere, qui nunc  
illis præfunt.

Inde patet etiam, quo in pretio ha-  
benda sint producta adversus nos Epi-  
scoporum testimonia, quæ nec in Con-  
ciliis, nec consultis canonice Ecclesiis,  
nec audito Clero exhibita sunt: cum  
idem procul dubio de Episcopis dicen-  
dum sit, quod de Romano etiam Pon-  
tifice sentiunt Ultramontani Doctores,  
qui ipsum, si sine suo Clero judicave-  
rit, tanquam privatum Doctorem in-  
tuentur.

Denique his aperte intelligitur, quan-  
tum absit, ut testimonia Præfulum fer-  
me quadraginta e nationibus exteris,  
& Mandata Episcoporum Gallix, qui  
Constitutionem seorsum a Clero & pri-  
vata auctoritate acceperunt, haberi de-  
beant pro unanimi consensu universa-  
rum totius orbis Christiani Nationum  
& Ecclesiarum, cum Nationalis Ec-  
clesia non possit dici constare solis Epi-  
scopis, sed compluribus præterea per-  
sonis, ut expresse declaratur in instru-  
mento Appellationis interpositæ sub  
Ludovico XI. in Concilio Aurelianensi  
Anno 1478. Hæc summopere diligenter  
attendens, Ego Michael de Villechatre No-  
tarius & Secretarius Excellentissimi Pri-

*Instrum.  
illud sub si-  
nem Mand.  
Episcopi  
Bolon.  
22. Jun.  
cipis 1717.*

N 5

Sæc. XVIII. *capis Domini Ludovici Christianissimi Præ-*  
A. C. 1719. *corum Regis moderni Procurator, &*  
*mine procuratorio ipsius Christianissimi Lu-*  
*dovici Regis Francorum, nec non omni-*  
*& singulorum Primatum, Archiepiscop-*  
*rum, Abbatum, aliorumque Prælatorum*  
*sic & Universitatum Parisiensis & aliarum*  
*Regni & Delphinatus, Capitulorum,*  
*omnium quorumcumque virorum Ecclesi-*  
*corum . . . CLERUM ET COETUM*  
*AUT CONGREGATIONEM GEN-*  
*RALEM ECCLESIAE GALLICANÆ*  
*in hac Aurelianensi civitate . . . congreg-*  
*tam & convocatam REPRÆSENTAN-*  
*TIUM . . . pro prædictis aliis quibus-*  
*cumque viris ac personis Ecclesiasticis*  
*prædicta conventionem Aurelianensi factam*  
*ECCLESIAM REGNI ET DELPHINATI-*  
*NATUS REPRÆSENTANTIBUS &*

HÆC SUNT fere præcipua momenta  
 quibus adducti fuimus, ut a Constitu-  
 tione *Unigenitus* ad futurum Concilium  
 appellaremus. Quoniam autem  
 i. Pet. 3. 15. *secundum præceptionem B. Petri Ap-*  
*stoli debemus parati semper esse ad*  
*tisfactionem omni poscenti nos rationem*  
*ea quæ in nobis est, spe, duximus prome-*  
*das in publicum Appellationis nostræ*  
*rationes aliquot, ut pateret, fecisse nos*  
*quod Christianos, quod Gallos, quod*  
*Academicos oportuit, ut sua fidelitatis*  
*tegritas, sua disciplinæ morum sancti-*

tas, suus Regis & Regni juribus vi- Sæc. XVIII.  
gor, intacta & illibata constarent. Fuit A. C. 1719.  
enim hæc semper Academiæ Parisien-  
sis propria laus ac velut hæreditaria  
possessio, de qua nunquam se dejici  
finet, ut avitam doctrinam ritusque pa-  
trios animose tueretur. Hinc accidit  
non semel, ut non solum supremus Pa-  
risiensis Senatus, Regni jurium acer-  
rimus vindex & assertor, cum quo sem-  
per tum aliis communibus vinculis,  
tum præsertim Gallice sentiendi con-  
stantia conjunctissimam fuisse se gloria-  
tur Universitas; sed ipsi etiam Reges  
Academiæ vocem excitaverint, ad  
coercendos necessario legitimæ Appel-  
lationis remedio Romanæ Curiæ co-  
natus.

Ceterum in adhibendo hoc reme-  
dio contestati jam sumus, iterumque  
contestamur Sanctissimam Trinitatem,  
& unicum hominum Redemptorem  
Christum, velle nos ad extremum us-  
que spiritum unitati Ecclesiæ Catho-  
licæ, cujus præcidendæ nulla unquam  
justa ratio vel necessitas esse potest, &  
unitati Cathedræ S. Petri, quæ illius  
centrum est, firmissimis vinculis con-  
stanter adhærere, nec recedere unquam  
a debita SS. DD. N. Papæ legitima re-  
verentia.

NOS

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

NOS ergo RECTOR & UNIVERSITAS STUDII PARISIENSIS: prædictas causas, aliasque complures tempore & loco depromendas, ad proximum Concilium Generale liberum legitime congregandum appellavimus die 5. Octobris hujus præsentis anni Pontificia Constitutione, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, data Romæ sextis Idus Septembris Anno 1713. itemque a Literis Pontificiis, quæ incipiunt *Pastoralis Officii*, Romæ affixis sextis Idus Septembris hocce Anno 1718. ab aliis omnibus inde secutis aut secuturis: & in dicta appellatione persistimus. Datum Parisiis tertio Nonæ Decembris anno millesimo septingentesimo decimo octavo.

## §. XIX.

*Pater Lafiteau a summo Pontifice Parisios missus.*

*Lafiteau  
Hist. Const.  
t. 2. p. 129.  
lib. 5.*

Hæc Parisinæ Universitatis declaratio summum Pontificem ad iracundiam haud immerito provocavit: publica tamen omnium ferme Universitatum palam plenum obsequium præstantium voce tumultuarios unius Sæculi bonæ latratus facile suppressi posse sperabat, præcipue, cum jam S. Officii decreto die decima nona Decembris

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

promulgato ejusmodi thraſonibus fau-  
ces intercluſæ fuiſſent: Magis ſollicitum  
reddebat Pontificem indurata Cardinalis  
Noailii pertinacia; hanc emolendi ſtu-  
dio Patrem Petrum Franciſcum Laſi-  
teau ad Philippum Regni Gallici Mo-  
deratorem ablegabat, qui eidem Ec-  
cleſiæ mala, tumultus, ſchiſmatisque  
periculum, omniumque Provinciarum  
deſolationem merito timendam expone-  
ret, ac Regiæ auctoritatis præſidium  
contra refractarios imploraret: Adve-  
nerat Hic Pariſiis ineunte Mense Ja-  
nuarii, habitoque colloquio Moderato-  
rem has demum controverſias compo-  
nere propenſiſſimum eſſe, & ut Noail-  
lium aut ad ſubjectionem pertraheret,  
aut Canonum ſeveritati committeret,  
deliberatiſſimum ſibi habere comperit:  
Eo ſine P. Laſiteau eidem die ſeptima  
ejuſdem Menſis expoſuit, inter tot  
conciliationis media toties propoſita,  
totiesque rejecta unicum adhuc ſuper-  
eſſe, quo Noailio Pontificias explica-  
tiones petenti, ſimulque Pontifici eas  
dare reluctanti ſatisfieri poſſet, ſcili-  
cet, explicationes, Conſtitutionis ta-  
men ſenſui conſonas ab ipſo Noailio  
ex motu proprio eſſe conficiendas, has-  
que Franciæ Episcoporum examini ac  
judicio ab ipſomet ſubjiciendas, poſtea  
ab Episcopis correctas, illuſtratas, ap-  
proba-

Sæc. XVIII. probatasque typis esse edendas, dum  
 A. C. 1719. modo sub hac conditione, hisque ex-  
 plicationibus Cardinalis Noaillius Constitutionem acceptaturum, certum  
 polliceretur: demum illas Romæ a Magistro S. Palatii approbatas, ibidem esse  
 divulgandas, necnon accedente tacto Pontificis consensu post aliquot tempo-  
 ris intervallum Noaillius declararet quod Constitutionem juxta explicatio-  
 nes Romæ impune vulgatas acceptaturus paratus esset. Placuit hoc consilium  
 Franciæ Moderatori, qui mox doctissimo Viro Du Bois negotium dedit, ut  
 præcipuas difficultates ab Opponentibus propositas explanaret, eo fine, ut  
 hæc ejus explicationes a præcipuis omnium Scholarum Theologis probe dis-  
 scussæ, atque approbatæ Acceptantibus Episcopis traderentur, hique genuinum  
 Constitutionis sensum in eis contineri testarentur, easque suis chiro-  
 graphis firmarent, his vero ita peractis, Noaillius eas adoptare, & Con-  
 stitutionis acceptationem ad reparandam appellationis suæ scandala idoneam  
 ultro adjungeret, secus justæ Pontificis Regis atque Episcoporum indignationi  
 ac sententiis permetteretur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

## §. XX.

*Cardinalis Noaillii Parisiensis Archiepiscopi Instructio Pastoralis.*

Dum Parisiis hujus consilii executioni incumbitur, Cardinalis Noaillius totum pacis negotium evertere videbatur; die enim decima quarta Januarii primam suam Instructionem Pastoralem ad utrumque suæ Diœcesis Clerum circa Constitutionem Parisiis publicam reddidit, in qua tanquam veritates minime controversas demonstrare nitebatur, quod I. Constitutio in se ipsa & juxta verum ejus characterem non possit proponi *tanquam Regula fidei*, II. neque velut *Universalis Ecclesiæ judicium*, utpote a Pastorum corpore nullatenus vere & Canonice recepta: Præprimis vero præsentis dissidii statum explicaturus, probandum assumpsit, quod quidem Franciæ Episcopi circa fidei substantiam non dissentiant, præsentem autem controversiæ non sint inutiles, sed maximi momenti, quin tamen harum progressus Appellantibus imputari valeat. His præmissis Constitutionem non esse *Regulam fidei* comprobare satagebat, I. ex Episcoporum Acceptantium oppositione, quorum quidam esse *legem Ecclesiæ*, alii *legem doctrinæ*, nonnulli *legem*

*Instruct. I.*  
*Noail. 1719.*  
*Parif. p. 6.*

Sæc. XVIII. *legem disciplinæ, vel Oeconomicae, alii legunt*  
 A. C. 1719. *cautelæ ad præcavendas periculosas illu-*  
 tiones ex Cl. Propositionibus factas, pau-  
 demum *judicium dogmaticum univ[er]sali*  
*Ecclesiæ seu Regulam fidei nominarunt*  
 II. ex ipsa harum propositionum cen-  
 sura, quia earum quædam vel integra  
 vel aliquæ earum partes in S. Patribus  
 continentur, vel in sensu obvio sunt  
 veræ, vel ambiguæ, vel sani & pe-  
 versi sensus capaces, quin de his ha-  
 beatur certitudo, qua error a veritate  
 fecerneretur, & damnato uno sensu op-  
 positus certo verus crederetur. III. Et  
 indeterminata propositionum censuræ  
 ex qua oritur incertitudo cum fidei Re-  
 gula incompatibilis circa propositionum  
 vitia; eapropter Franciæ Episcopos ad  
 Innocentio X. petiisse retulit Noaillius  
 ut cuilibet ex V. Jansenianis propositi-  
 onibus certam censuræ notam adderet  
*Hujus Bullæ veritatem, inquebantur*  
 Episcopi in suis literis, *ac robur non*  
*diplomate vindicasti, sed quia nulli sigilla-*  
*tim propositioni certa censuræ nota impo-*  
*fuit, locus etiamnum aliquis quorundam*  
*cavillis & effugio relictus est . . .*  
*precamur, ut Sanctitas sua, quid hac*  
*re sentiendum sit, clare, distindeque de-*  
*ciat.*

Postea Noaillius ad alteram partem  
 progressus, ostendere nitebatur, quæ  
 judicium

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

judicii Ecclesiæ Universalis nota nec in Constitutionis acceptatione ab Ecclesia Gallicana facta, nec in acceptatione Ecclesiarum exterarum reperiatur, & quamvis judicio Universalis Ecclesiæ tam congregatæ quam dispersæ parem subjectionem deferre teneamur, in Ecclesia tamen congregata Episcopi majorem libertatem, exactiorem quæstionum discussionem, majoremque Pontificium decretum vel reformandi vel abrogandi auctoritatem habent, quam in dispersa. Ut autem decisio tanquam Ecclesiæ universalis dispersæ judicium proponi possit, requirit Noaillius, ut Episcopi, quos ante, cum, & post Papam testes & Judices fidei esse credit, attente propositam doctrinam examinent, inter se tam in stabiliendis veritatibus, quam damnandis erroribus etiam quoad sensum conveniant, & in decidendo unanimia aut ferme unanimia eorum suffragia concurrant, ac denique Canonicum, notorium, certumque judicium de hac fidei definitione ferant. Has igitur condiciones potissimum in judicio universalis Ecclesiæ dispersæ requiri, fusiùs probat Noaillius, eaque, quæ contra requisitam unanimi-  
tatem objiciuntur, dissolvere intentus ostendit, quod sola Episcoporum Pontifici junctorum pluralitas

Hist. Eccles. Tom. LXX.

O

non

**Sæc. XVIII.** non efficiat regulam securam & inflexibilem fidei, sed salva etiam Ecclesie visibilitate, universalitate & auctoritate pauci Episcopi Ecclesiam repræsentare valeant. Ex his intulit Noaillius, quod Constitutionis acceptatio ab exteris Episcopis, ac etiam a Gallis facta, conditionibus his ad fidei decisionem requisitis caruerit, nec Canonica sit, quia defuit I. exactum examen; non enim contulerunt propositionum censuras cum Universalis & particularium Ecclesiarum doctrina per SS. Patres & Concilia manifestata, & Diæcesium Catechismis, Synodis, Ritualibus comprobatis &c. defuit II. iudicii conformitas, eo quod Episcoporum nonnulli Constitutionem *pure & simpliciter*, alii cum modificatione, alii restrictive & limitative ad suas Instructiones Pastorales &c. nec conformiter cum Pontificis doctrina receperunt, ac propterea etiam III. defuit uniformitas moralis, & IV. Canonica acceptandi norma, quia etsi novi errores a Papa fuissent damnati, & quidem duntaxat *in globo*, eorumque magna fuerit copia, & Constitutio obscura, nihilominus Episcopi in Concilio legitimo congregati inter se non contulerint de vero propositionum sensu &c. & V. defuit notorietas, huiusque decisionis certitudo tanta

ut de facta decisione fidelibus nullus Sæc. XVIII.  
dubitandi locus superfuisset. His quo- A. C. 1719.  
que conditionibus acceptationem exte-  
rarum Ecclesiarum caruisse, ostendit  
Noaillius, & quidem eam non fuisse  
canonicam, quia ex sexcentis Europæ  
Episcopis duntaxat informia proferun-  
tur testimonia circiter triginta Episco-  
porum, qui se cæco obsequio sine exa-  
nime, & sine Episcoporum acceptan-  
tium iudicio (\*) aut ex præconcepta  
opinionem de infallibilitate Pontificia  
Bullam acceptasse declararunt, cum  
e contrario integræ Provinciæ & prin-  
cipales Ecclesiæ omnino nullum, &  
paucissimi Episcopi de acceptatione  
Constitutionis infirmum testimonium  
dederint, neque possit universalis ac-  
ceptatio exiri, seu quod ea a pluribus  
Episcopis expresse, & ab aliis tacite  
fuerit recepta. Ridiculum autem vi-  
detur, quod Noaillius tot Episcoporum  
testimonia non fuisse authentica asse-  
rat, eoquod non fuerint exhibita eo-  
rum autographa, nec ea, vel eorum  
O 2 au-

(\*) Quam falso Noaillius id asseruerit, patet ex testimoniis Ulyssiponensis, Salmanticensis, Eburienensis, Conimbricensis &c. Ecclesiarum ac Universitatum, aliorumque, quorum testimonia passim a nobis studiose relata reperire est.

Sæc. XVIII. authentica transumpta iis, quorum in-  
 A. C. 1719. terest communicata, nec in ordinato  
 conventu juridice discussa, nec ab Episcopis, & Personis publicis signata, & subscriptio eorum, quorum character in Gallis non est cognitus, non fuerit comprobata testimonio Notarii vel Franciæ Legati, vel alterius Oratoris, cujus scriptura in Gallis foret cognita sicut Franciæ Legatus Constantinopole de Turcarum subscriptione testari solet, perinde ac si Episcopi hoc testimonium duntaxat Gallis, non autem suæ quisque Ecclesiæ, ac summo Pontifici dare intendissent. Tantæ molis erat, notam veritatem, cujus pondus nimis prefferat, detortis viis, cavillis atque effugiis suspectam reddere: Nilominus tamen Noailii Instructio Catalaunensis & Antisiodorensis Episcopi adhæsere.

## §. XXI.

*Ejusdem Cardinalis Instructio Romæ Inquisitionis Generalis decreto damnata.*

*Bull. magn.  
Part. II.  
pag. 405.*

Quamprimum hæc Noailii Instructio publicam lucem aspexerat, de hujusmodi Cardinalis subjectione, paceque Ecclesiæ reddenda, conclamatum esse inferebant omnes, ac præcipue acceptas

ceptantes Episcopi hanc Instructionem Sæc. XVIII.  
 a Noaillo eo fine fuisse vulgatam cen- A. C. 1719.  
 febant, ut imposterum Ecclesiæ etiam  
 in Concilio congregatæ sententiam,  
 iudicium ac pœnas eludere valeret:  
 Communis etiam Romæ vox erat, hac  
 instructione hucusque nil magis viru-  
 lentum prodiisse, ac Noailium in plus-  
 quam ducentis suæ Instructionis propo-  
 sitionibus acri censura dignis longe ma-  
 gis perniciosa, quam in sua appella-  
 tione, stabiliisse principia. Eapropter  
 Sacra Universalis Inquisitionis Romanæ  
 Congregatio habito maturo examine  
 hanc instructionem die tertia Augusti  
 damnavit, edito hoc solemnī decreto:

„Sanctissimus D. N. Clemens Papa XI.  
 „cum accepisset, non sine gravi paterni  
 „animi sui mœrore in lucem editum  
 „fuisse, & magna quidem proborum of-  
 „fensione, atque animarum periculo  
 „evulgatum librum, cui titulus: *Pri-*  
 „*ma Instructio Pastoralis Cardinalis Noail-*  
 „*lii &c.* Habitis prius plurium doctif-  
 „simorum, ac insignium in Sacra Theo-  
 „logia Magistrorum & Professorum,  
 „necnon memoratæ Congregationis  
 „sanctæ Romanæ & universalis inqui-  
 „sitionis qualificatorum, quos ad id  
 „specialiter deputavit, consultationibus,  
 „ut rei gravitas postulabat, ac subinde  
 „auditis votis Eminentissimorum & Re-  
 „veren-

Sæc. XVIII. „verendissimorum Dominorum sanctæ  
A. C. 1719. „Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in tota  
 „republica Christiana generalium in-  
 „quisitorum, prohibendum atque dam-  
 „nandum censuit, prout præsentis De-  
 „creto omnino prohibet & damnat li-  
 „brum præfatum, uti continentem  
 „doctrinas & assertiones falsas, ca-  
 „ptiosas, seditiosas, scandalosas, præ-  
 „sumptuosas, temerarias, omnibus Ca-  
 „tholicis Episcopis ac præcipue Gallie  
 „canis ipsique Apostolicæ Sedi multi-  
 „pliciter injuriosas, erroneas, hæreti-  
 „cas, hæresibus & schismati faventes,  
 „atque etiam schismaticas & hæreti-  
 „cas respectivè.,

„Huic itaque librum sic prohibi-  
 „tum & damnatum, Sanctitas sua ve-  
 „tat, ne quis cujuscumque sit status &  
 „Conditionis ullo modo, & sub quo-  
 „cunque prætextu iterum imprimere,  
 „vel imprimi facere, neque eum quo-  
 „cunque loco, & quocunque idiomate  
 „impressum apud se retinere aut legere  
 „audeat, sed eum Ordinariis locorum,  
 „aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus  
 „statim, & cum effectu tradere, & con-  
 „signare teneatur sub pœna excommu-  
 „nicationis per contra facientes ipso  
 „facto absque alia declaratione, incur-  
 „rendæ, aliisque pœnis arbitrio Sancti-  
 „tatis suæ infligendis.,

§. XXII.

§. XXII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Abominandum quorundam consilium  
de evertenda ipsa Ecclesia.*

Nunquam luculentius, quam in præ-  
senti animorum contentione, pa-  
tuit, quam abominanda malorum seges  
pullulet, in quorum animis Ecclesiæ  
refragandi audacia, legitimamque au-  
toritatem contempnendi, ipsamque fi-  
dei Magistram carpenti licentia semen-  
tem fecit: Ejusmodi monstra tum pro-  
tulit Francia, quæ Deus tolerasse vi-  
detur, ut vel seducti in Galliis cognito  
fidei, & salutis periculo resipiscant,  
vel ceteræ Nationes tantæ perniciæ  
exemplo territæ ab ejusmodi male fe-  
riatis consultoribus imposterum sibi præ-  
cavere, eosque tempestive angue pejus  
& cane odisse discant. Præterquam  
enim, quod rebelles Parisini Doctores  
Medericum Charton Facultatis Theo-  
logicæ Decanum & Sorbonicæ Societa-  
tis Seniore, Virum doctrinæ & pie-  
tatis fama celeberrimum ob delatam  
Constitutioni obedientiam ab emeritæ  
antiquitatis gradu honorifico repulsi-  
sent, insuper alii Parisienses Doctores  
scientia inflati, & mutuis Sacerdotii dis-  
sidiis freti Episcopos opposcentes cum  
suo Clero & Grege a Romana Ecclesia

*Lafiteau  
Hist. de la  
Const. l. 4.  
t. 2. p. 139.*

Sæc. XVIII. abscindere, & schismaticæ Anglorum  
 A. C. 1719. Ecclesiæ unire moliebantur: tam de-  
 testandum consilium a Doctoribus Ca-  
 tholicis fabricari ut crederet, nunquam  
 se adduci potuisse ait Petrus Laſſitean  
 Sifericensis Episcopus, nisi ipsemet  
 hujus consilii autographum scriptum  
 propriis inspexisset oculis: Exequende  
 hujus rei typum integro tractatu, cui  
 jam antea sua VII. Dissertatione de an-  
 tiqua Ecclesiæ disciplina præluserat, con-  
 cinnabat Ludovicus Elies du Pin So-  
 bonæ Doctor, qui jam dudum cum  
 Cantuariensi Pseudo - Archiepiscopo  
 Viro inter suos longe celebratissimo at-  
 ctam amicitiam, frequensque commet-  
 cium literarium fovebat: Nec id late-  
 bat quamplurimos, qui tamen nil malè  
 suspicantes primo hanc consuetudinem  
 ad solita humanitatis officia traher-  
 ebant, postea tamen de latente majoris  
 momenti arcano opinio invaluit, & tan-  
 dem plus quam incerta ipsius consilii  
 cognitio hauriebatur: quapropter Se-  
 renissimi Regentis jussu die decima Fe-  
 bruarii Regiæ Curiæ Ministri ad Du-  
 pini ædes convolant, & confestim om-  
 nia ejus scripta ad Regium Palatium,  
 ipsomet præfato Episcopo tum præfente,  
 deferunt: Excutiuntur sedulo cuncta fo-  
 lia, inter quæ reperitur memoratus  
 Du Pini tractatus, in quo præprimis  
 hic

hic Doctor probare nitebatur, quod Sæc. XVIII.  
 fidei Catholicæ principia cum sectæ A. 1719.  
 Anglicanæ doctrinis optime conciliari  
 valeant (\*), salvaque dogmatis integri-  
 tate auricularis Confessio aboleri, in  
 Sacramento Eucharistiæ Transubstan-  
 tiatio omitti, vota Religiosorum an-  
 nullari, Sacerdotibus connubii libertas  
 concedi, jejunii & abstinentiæ quadra-  
 gesimalis præceptum abrogari, Ponti-  
 ficem pro simulacro haberi, & rescissa  
 omni cum Papa commercio, ejus de-  
 creta flocci pendi possent: Hæc plura-  
 que alia impietatis monstra progermi-  
 nabant hi Nasutuli, nonnisi nominete-  
 nus Catholici, ore nil nisi veterem Ec-  
 clesiæ disciplinam & puriorem Ecclesiæ  
 doctrinam crepantes, cetera famelici  
 Parasiti, omnia ad A catholicorum  
 sensum & voluntatem, nihil ad verita-  
 tem loquentes, turbulenti, publicæ tran-  
 quillitatis hostes, & abominanda Rei-  
 publicæ pestis eo perniciosior, quo fal-  
 lacius sub ementito abusus reformandi  
 velamento tecta incautis sese insinuat.  
 Luculentius adhuc paulopost detegeba-  
 tur venenata hæc Opponentium ac Ques-  
 nel-

O 5

(\*) Forte etiam Dupinio abominanda hæc  
 infederat opinio, quod quis esse possit Ca-  
 tholicus, etsi a Tridentini Concilii defini-  
 tione recedat.

Sæc. XVIII. Quesnelistarum conjuratio: Jam a pluribus  
 A. C. 1719. annis Quesnelistæ suam factionem in  
 integrum corpus erigere moliebantur, hancque in rem pro uniformi agendi  
 morumque norma præcipui eorum Duces certas suis præscripsere Regulas  
 statuta, quorum exacta observantia omnia Quesnelianæ factionis membra in  
 unum corpus & animam coalescerent. Eadem hæc statuta Pater Quesnellus  
 anno prioris sæculi nonagesimo nono unacum ejus epistola cuidam Monacho  
 ceteris in sua rebellione magis pertinaciter transmisit, postquam vero illa agnito  
 errore ad saniora revertebatur consilia, tam Quesnelli literas, quam hæc sta-  
 tuta Claudio Mauro Aubignio Rothomagensi Archiepiscopo consignavit. Ob-  
 stupuit Præsul, moxque hæc scripta ad Philippum Aurelianensem Ducem tum  
 Regni Moderatorem transmisit: Hic vero illa præfato Petro Sistericensi Episcopo  
 (\*) examinanda tradidit: Complerebantur hæc statuta duodecim articulos,  
 qui unacum literis encyclicis in quamlibet Provinciam ad locales  
 factionis Superiores, quibus pro ministerii sui ratione Profelytos faciendi  
 cura

(\*) Hujus Episcopi Historiam Constitutionis *Unigenitus*, ut a Regio Senatu proscripta retur, Anno 1737. extorserunt Quesnelistæ.

cura incumbere, transmittentur: Sæc. XVIII.  
 Insuper his statutis adjungebant suc- A. C. 1719.  
 cinctam instructionem circa præcipuos  
 dogmatis articulos, circa diversum cum  
 rudibus, neutri parti addictis, devotis,  
 dissolutis, Præsulibus, Presbyteris, aliis-  
 que Ecclesiasticis conversandi modum.  
 Præscriperant omnibus suæ factionis  
 affectis, ne ullum cum Regularibus  
 commercium haberent, sed eos tan-  
 quam usurpatores omnibus suis bonis,  
 & redditibus spoliandos traducerent,  
 eorumque extinctioni, vel saltem im-  
 minutioni invigilarent. In eorum vero  
 literis encyclicis Antesignani suis Infe-  
 rioribus novos factionis progressus,  
 necnon animi constantiam contra suos  
 adversarios omni occasione comproba-  
 tam gratulabantur, eosque animabant,  
 ne ob adversitates & vexationes propter  
 justitiam toleratas animum desponde-  
 rent: Ne vero in hisce statutis quic-  
 quam mali latere suspicarentur Neophyti,  
 hi studiose in præfatis literis moneban-  
 tur, illa statuta quidem rei minus le-  
 gitimæ speciem præferre, atque a  
 Calvinistis mutuata videri, re tamen  
 ipsa post assiduas Superiorum preces ad  
 Deum effusas a Divina luce fuisse in-  
 spirata, nec ulli quam impio offensionem  
 esse posse. Quinimo non erubere pa-  
 lam declarare, quod etsi Calvinistæ  
 ob

Sæc. XVIII. ob populorum fidem in pluribus co-  
 ruptam reprehendi possent, ob singu-  
 larem tamen eorum prudentiam sint  
 commendandi, eo quod ubi circa ea, que  
 Sanctissimum Altaris Sacramentum  
 concernunt, egerunt, palam sese non  
 explicent, sed non sine gravi causa ob-  
 scuris atque ambiguis verbis ad dive-  
 forum genium accommodandis usi sint.  
 ex prudenti autem hac eorum œconomia  
 novi Gratia Tyrones addicerent, quam  
 necessarium sit, ut ad tempus sua sententia  
 occultent, inter se perfecta unione con-  
 glutinentur, uno eodemque spiritu e-  
 gangantur, ac præcipua doctrinae suae ca-  
 pita fideli arcani cultu tegant, eosque  
 quibus offensionem esse possent, caute ob-  
 servent. Præcipue vero hanc secretam  
 religionem suis commendabant circa  
 Missæ Sacrificium, quam nunquam nisi  
 præsentem populi frequentiam dicendam  
 esse asserunt, cunctasque Missas pri-  
 vatas exterminabant: illas vero Mis-  
 sas, in quibus solus Sacerdos Euche-  
 ristico epulo fruitur, abominabantur,  
 cuncta Sacella destrui petebant, aut  
 everti non possent, saltem in iis non  
 nisi privatas ad Deum preces, nisi  
 quam Sacrificium offerri volebant: Re-  
 ligiosis vero nullas Ecclesias, sed dum-  
 taxat Sacella seu Oratoria permitte-  
 bant, in his vero sacra Mysteria per-  
 agere

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

agere ipsis non nisi clausis foribus licitum, populo autem a Parochiali Ecclesia abesse, & Regularium Templum frequentare, peccatum esse, inculcabant (\*). Insuper, quamvis Christi Corpus in Eucharistia præsens esse, verbotenus credere viderentur, mox tamen in suis statutis id abnegabant: ut veritatem dicamus, inquiebant ipsi, in Eucharistia Christus nec per fidem, nec in figura, uti asserunt Calvinistæ, præsens est, sed nec etiam adest *realiter aut substantialiter*, prout Romana Ecclesia docet: adest tamen modo *incomprehensibili, & indicibili*. Statuebant, quod in Missis defunctorum non sint orationes, quæ non etiam pro vivis sint, proin nullum purgatorium in altera vita detur, sed duntaxat purgatorium sint tribulationes hujus vitæ. Negabant etiam in Sacerdotali Ordine indelebilem characterem, hinc si Parochus aut Episcopus exauctoratur, eorum character deleatur, hique ad laicorum statum reducantur. In sequentibus doctrinæ articulis virtutem, & potestatem clavium in Sacramento Pœnitentiæ exhibebant, & peccata in confessione ante absolutionem jamjam esse

re-

(\*) Hujus interdicti causam vide supra pag. 752.

**Sæc. XVIII.** remissa, contritionem vero ibidem  
**A. C. 1719.** per necessariam esse, proin attritionem  
 cum Sacramento non sufficere trade-  
 bant, totamque confessionem ad solam  
 peccatorum declarationem reducens  
 confessionem duntaxat pro peccatis  
 particularibus & secretis esse institutam  
 docebant: Inter horrendas vero blas-  
 phemias eliminabant indulgentias, gra-  
 tiam sufficientem, libertatem, & be-  
 norum operum merita: Denique con-  
 versandi regulæ, quas suis Discipulis  
 præscribebant, nonnisi artificiosæ hy-  
 pocrisi innitebantur: Detectis ejusmodi  
 abominandis doctrinis Serenissimus Re-  
 gens graviter, palamque de quibus-  
 dam Sorbonæ Doctoribus querebatur  
 eoquod statuta excogitassent, quibus  
 Anglicanum Presbyterianismum in  
 Franciam invehere molirentur: Ex hoc  
 rum vero nefandis consiliis idem Re-  
 gens didicerat, quanta mala Regno  
 Ecclesiæ immineant per eos, qui Eccle-  
 siæ Capiti obluantur, abjectaque om-  
 ni docilitate sibi solis sapiunt, & per-  
 versa sua consilia ac doctrinas editis  
 bellis spargendi licentiam impune  
 attribuunt: Præterea seriam merentur  
 attentionem fallaces artes, quibus  
 novitatum fabricatores suum finem attingunt  
 qui tentarunt: primo enim Pontificis  
 omnem pene auctoritatem auferunt

eamque in Reges atque Episcopos trans-  
 ferre nitentur, promotum autem gressu  
 Regularibus omnem fidei tuendæ &  
 pietatis fovendæ adminicula succide-  
 bant, demum Episcopis, quos sibi re-  
 pugnatos crediderant, laicæ juris-  
 dictioni subiectis, ipsos fidei Catholicæ  
 articulos sub specioso fidem ad primi-  
 tivæ Ecclesiæ puritatem revocandi ob-  
 tentu, eliminare, atque ad Sectario-  
 rum commenta accommodare stude-  
 bant; cum autem probe prospicerent,  
 Viris eruditione claris Lutheri systema  
 nimis crassum, ac simplex videri, sal-  
 tem se planam ad indifferentismum  
 viam stravisse lætabantur.

## §. XXIII.

*Serenissimi Regentis sollicitudo in re-  
 primendis Appellantium machi-  
 nationibus.*

Funesti schismatis periculo excitatus  
 Regni Regens, præprimis Parla-  
 mentorum licentiam, qua acceptan-  
 tium Episcoporum mandata indigne  
 habebant, & Appellantium ausus re-  
 primere statuit; igitur ad Cardinalium  
 Rohanii & Bissyii preces Rothomagen-  
 sis Parlamenti edictum examinari jus-  
 sit, simulque contra quosdam Religio-  
 sos atque Ecclesiasticos appellantes Ro-  
 hanio

Sæc. XVIII. hanc Cardinali Regias literas tradidit  
A. C. 1719. vi quarum hi in exilium trudebantur  
 eadem quoque poena Regentis ma-  
 dato Picotus Equillius Ebroidensis Ca-  
 nonicus, Albiensis Sacellanus, Cano-  
 nici Cathedralis Aquensis & Arelaten-  
 sis Ecclesiæ, Bituricenses Canonici  
 Margueritus Aquensis Sacerdos plu-  
 resque alii plectebantur, suspectisque  
 sacræ vestes pro peragendo Missæ sa-  
 crificio denegabantur.

## §. XXIV.

*Silentium utrique parti circa præsen-  
 tem controversiam ab ipsomet Gal-  
 liarum Rege impositum.*

*Dorfan.  
 Journal  
 t. I. p. 460.  
 Lafiteau  
 l. c. p. 157.*

Sub idem tempus non modo Bissyus  
 Cardinalis & Tolosanus Archiepi-  
 scopus refractarios suæ Diæcesis Ec-  
 clesiasticos Canonica severitate plecte-  
 bant, sed etiam Aquensis & Arelaten-  
 sis Archiepiscopi quibusdam Canoni-  
 cis, qui a Constitutione appellarunt  
 utpotè excommunicatis in Cæna Do-  
 mini Sacram Synaxin distribuere re-  
 nuebant; quibus etiam sicut & Tolonien-  
 sis & Massiliensis Ecclesiæ Canonici  
 ipsemet Regni Regens per Regias lite-  
 ras interdixit, ne præfata die usque  
 ad feriam secundam Paschatis Divino  
 Officio in Ecclesia Cathedrali interesse  
 præ-

præsumerent: Andegavensis quoque Sæc. XVIII. A. C. 1719.  
 Episcopus vehementer querebatur, quod Quesnelitæ suæ Diæcesis Parochos ad appellandum oblata ingenti pecuniarum vi sollicitassent. Denique Joannes Josephus Languet Sueffionensis Episcopus Monita ad suæ Diæcesis Confessarios typis imprimi jussit, in quibus appellationem ad Concilium inter casus reservatos reposuit, necnon epistolam suam ad Engolismensem Episcopum datam in ejus Diæcesi distribui jussit, unacum sua Instructione Pastoralis: Appellantes veriti, ne Episcoporum potissimi exemplum Sueffionensis sequerentur, nullum non movebant lapidem, ut ejus monita infami proscriptionis stigmate notari impetrarent: Deluper querebatur Episcopus data ad Regni Regentem epistola, in qua Sacerdotali libertate Parliamentis suas exprobrabat violentias & graviora exponebat mala ex imposito silentio oritura: Nec tamen propterea quievit ejus Æmuli: denuntiant hæc Episcopi scripta apud Procuratorem & ambos Advocatos Generales, qui tamen surdas aures, clausumque os tenebant, haud ignari, quod Serenissimus Regens Episcoporum mandata contra Appellationes edita, atque a se edi permessa a Parliamentis impeti, ægerrime ferret.

*Hist. Eccles. Tom. LXX. P Ergo*

**Sæc. XVIII.** Ergo ipsum quoque Regem iterum ite-  
A. C. 1719. rumque sollicitant, suisque importunis  
 precibus eo adigunt, ut tandem de  
 Episcopalis mandati Articulo VI. de  
 Appellationibus ad casus reservatos re-  
 jectis deliberationem institui permitte-  
 ret. Ast Blancmenillus, qui pro Officii  
 sui ratione hoc negotium die decima  
 sexta Maij proponebat, Sueffionensis  
 Episcopi pietatem, Zelum, & scientiam  
 amplissimis commendabat elogiis, ejus-  
 que mandatum contra Appellantes jam  
 antea editum omnino his monitis con-  
 sonum esse ajebat: alii specialiter circa  
 sextum mandati articulum, ut quis  
 suam mentem explicaret, petebant, Bra-  
 gelonius ergo ceteris prior affirma-  
 bat, in rebus Ecclesiasticis proin in  
 statuendis casibus reservatis cuilibet Epi-  
 scopo curam suæ Diæcesis esse relin-  
 quendam, hacque super re mandata  
 & præcepta, prout bonum videbitur  
 edere, eisdem integrum esse: ipsemet  
 etiam Præses Cochetus censuit Sueffio-  
 nensis monita fundari in ejus mandato  
 si ergo hoc nulli vitio esset obnoxium,  
 nec ejus monita supprimi posse. Pauci  
 ipsum Sueffionensis mandatum, mo-  
 nita, & præcipue ejus literas ad En-  
 golismensem esse prælegendas edice-  
 bant. Igitur Regni Regens de horum  
 sententia certior factus, cum dignissima  
 huic

huic Præfuli ab appellanti-  
 bus molestiam creari cer-  
 neret, hujus rei ju-  
 diciū suspendi præcepit, nihilominus  
 Parisiense Parliamentum hæc Episcopi  
 scripta die septima Junii, & die nona  
 Augusti ejusdem epistolam ad Regni  
 Regentem suppressit, eamque lacerari  
 & publice a carnifice comburi jussit, &  
 sub pœna rebellibus statuta vetuit, ne  
 illa diffeminaretur: ast Regens hanc  
 sententiam executioni dari prohibuit,  
 & Episcopus veritati testimonium red-  
 diturus, edita declaratione professus  
 est, se hanc epistolam composuisse, ty-  
 pisque mandasse, eo fine, ut religioni  
 & Episcopatus juribus satisfaceret, de  
 cetero autem Parlamenta potestatem  
 non habere, ut impediunt Episcopos,  
 ne ea, quæ ad tuendam fidem in sua  
 conscientia fore necessaria judicaverint,  
 palam proferant, minus vero laicis Ma-  
 gistratibus in quocunque casu etiam  
 ob crimen læsæ Majestatis contra Epi-  
 scopos judicii acta instruendi facultatem  
 competere, uti declaratum esset edicto  
 die 26. Augusti Anno 1657. promulgato,  
 eadem etiam die declaratum, ac Par-  
 lamentis vetitum, de Episcoporum causis  
 cognoscere, & si secus fecerint, om-  
 nia eorum acta, sententias & decreta  
 nulla & irrita fore statutum. Hanc  
 declarationem Episcopus proprio chi-  
 rographo

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

P. 2 rogra-

**Sæc. XVIII.** rographo signatam die decima quinta  
**A. C. 1719.** Augusti anno hujus sæculi decimo nono  
 in Abbatia Long-Pontiana promulgavit. Nihilominus hujus Episcopi hostes eidem diem esse dicendam censebant, Novionus tamen Regius Minister Regni Regentem eo induxit, ut hanc violentiam Parlamento interdicere ne novum inter Episcopos & Parliamentum bellum conflagraretur. Unde quamvis Parisiensis Senatus die sextæ Septembris edictum contra hunc Episcopum conceperit, nulla tamen appellantium opportunitate Regens adduci poterat, ut illud sua auctoritate & chirographo firmaret. Suasit insuper Blancmenilus, ut ad terminandas hæc contentiones Rex severum promulgaret edictum, vi cujus de tota Constitutionis causa omnibus & singulis imponeretur silentium. Placuit consilium præprimis Ludovico Regi qui quantocius ejusmodi declarationem concipiendi negotium Generali Procuratori dedit, obtulit tamen Argensonius Regii sigilli custos, afferens, quod Episcopos, ne in rebus religionem concernentibus ore & calamo mentem suam promant, præpedire, Regis potentiam excederet (\*). Procurator etiam

(\*) Ejusmodi silentii legem seu typum  
 Constantis Imperator Episcopis tam duas in  
 Christo

Generalis, priusquam petita declarationi manum admoveret, sextum articulum, Episcopi mandatum, ejusque epistolam a Parlamento discuti petiit. Insuperhabita horum oppositione Regni Moderator die decima nona Maij Pro-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

P 3 cura-

Christo voluntates negantibus quam propugnantis imposuit: ast Concilii Lateranensis Patres Sessione IV. Anno 648. hæc opposuere: *Relectus typus bonum quidem intentum habere dignoscitur, dissonantem autem virtutem intentui continet. Bonum est namque procul dubio, & omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones, & altercationes pro causa fidei, sed non est utile & bonum, cum malo destruere bonum, id est, cum hæreticis orthodoxorum Patrum verba & dogmata: quoniam hoc potius exurit, non enim mitigat merito controversiarum statum: nullo videlicet patiente denegare tum impietate hæretica venerabile Verbum fidei. Postea ad Imperatorem conversi ajebant: Nullo modo tu facias secundum hoc verbum, ut interficias justum cum impio, & erit justus sicut impius: non enim cum malo bonum aversari, aut penitus confirmare præcipit Dominus. quoniam utrumque dum perficitur, lædit, omnino est inconveniens Catholice Ecclesie Regulæ, in qua utique adversa tantummodo jubentur merito sepeliri silentio, non autem orthodoxa cum contrariis confiteri*

om-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

curatori præcepit, ut juncta cum Abbate du Bois opera declarationem conficeret, cum eam ipsemet Pontifex, uti haud obscure Tremollius Cardinalis insinuabat, desideraret. Ergo die altera Procurator rudem hujus declarationis ideam in Regis Palatio exposuit, in qua silentii lege, quæ ante biennium die septima Octobris imposita erat, confirmata, Rex quorundam Doctorum, qui insuperhabita hac lege tumultus concitarunt, petulantiam repressit, & pro Ecclesia ac Regni tranquillitate, donec vel per Concilii sententiam vel per sanctam Episcoporum consensionem controversia fuerit decisa, vel Pontifex alia conciliationis media obtulerit, exactius silentium per annum se imponere, die quinta Junii declaravit. Hanc quoque declarationem Parisiense Parlamentum post crebram altercationem die nona ejusdem Mensis *pure & simpliciter* ad suas tabulas retulit.

§. XXV.

*omnino aut quoquo modo denegare: Quasi namque participatio cum iniquitate, qualis consonantia paternæ doctrinæ cum hæretica contentione &c.* Quid dixissent hi Patres, si quidam Episcopus publico edicto suis Ecclesiasticis vetuisset, ne hæreticorum errores oppositis veritatis Catholicæ argumentis in suis concionibus refellerent.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XXV.

*Temerarii quorundam Sorbonæ Do-  
ctorum motus contra hanc  
declarationem.*

Attamen quorundam Parisiensium Theologorum proterviam, ac contradicendi libertatem non Regia auctoritas, nec Sedis Apostolicæ reverentia, nec propria honestas refrænare poterat: quamprimum enim Regiæ hujus declarationis edictum emanasse compererant, mox Regis mandato se opponere, ejusque executionem eludere, totis viribus adnitebantur. Hanc in rem censuram jam dudum contra famosum Arnaldum & ab ipsa Facultate latam sententiam revocare, & formulæ subscriptionem delere, fixum, statutumque habebant: Ut vero Jansenismum ab opprobrii nota, quam ejus Prædecessores eidem merito inusserant, vindicarent, propria Facultatis suæ statuta legesque evertere haud dubitarunt, ac pristinam consuetudinem, qua Facultas Baccalaureos & Licentiatos a tradendis & adoptandis quinque propositionibus juramenti religione ac subscriptionis lege arcebat, abrogare moliebantur, ac id eo ipso quidem tempore, quo Rex suam promulgaverat declarationem.

*Lafiteau  
Hist. Const.  
Part. II.  
l. 5. n. 151.  
Dorfanus  
Journal  
pag. 465.  
Vid. supra  
t. 66. p. 648.*



Sæc. XVIII nem. Comperto autem horum con-  
 A. C. 1719, filio Rex die vigesima Junii ad Facu-  
 tatis Decanum & Syndicum præfatan-  
 declarationem misit, unacum Regiis  
 literis, quibus Regiam declarationem  
 & salubria Facultatis statuta exacte ob-  
 servari jubebat. Verum ambo hi Re-  
 gis jussa flocci habebant, & nequidem  
 Regis mandatum in comitiis proponere  
 dignabantur, imo aucta eorum aude-  
 cia Regi libellum tradidere, supplices  
 ut Facultatem a recipiendis Regiis liti-  
 ris, atque ab acceptanda declaratione  
 eximere velit: insuper die decima se-  
 ptima ejusdem Mensis in contemptum  
 Regiæ declarationis per Le Mur Bac-  
 calaureum publice theses, in quibus  
 contentiones circa Constitutionem Uni-  
 genitus innovabantur, Parisiis propo-  
 gnari curarunt. Nec his contenti, ut  
 magis adhuc Regiam auctoritatem ve-  
 lipenderent; Nicolaum Petit. Pie-  
 Sorbonæ Magistrum pristinis Doctore-  
 tus honoribus restituerunt: Hic *sans*  
*casus conscientie* doctrinam anno hujus  
 sæculi primo pertinaciter propugnave-  
 rat, ac propterea biennio post ex de-  
 functi Regis mandato Baunam in exi-  
 lium detrusus, & die prima Septem-  
 bris, anno sequenti ipsius Facultatis  
 Parisinæ edicto a Sorbona exclusus fue-  
 rat: Nihilominus Hic idem Quesnel-  
 starum

Vid. t. 66.  
 p. 635. 637.

starum ope, artibus & dolis ad Regnum Sæc. XVIII.  
 revertendi facultatem extorsit, ac A. C. 1719.  
 nierii oppido Parisinæ Urbis vicino, in-  
 scio aut connivente Noaillo Cardinale,  
 novam Liturgiam, quam Quesnelistæ  
 jam dudum in Hollandia in usum de-  
 duxerant, in Franciam invehere præ-  
 sumpsit. Erexerat in tumuli formam  
 novum Altare, quod *Dominicale* appel-  
 labat, eoquod in hac Ara, quam unico  
 linteo cooperuit, Missam non nisi diebus  
 Dominicis, festisque solemnioribus sine  
 cruce, sine candelis celebrari voluit;  
 peracto autem sacrificio hanc Aram  
 mox omnibus ornamentis ac linteo spo-  
 liari iussit: quando autem ipsemet sa-  
 crificaturus Aram accesserat, majorem  
 crucem sibi præferri, præcepit: postea  
 ad Aræ gradus perveniens, *Introitum*  
 alta voce recitavit, respondente populo  
 frequentissimo, mox ad latus epistolæ  
 in brachiata sella sedens, orationes &  
*Gloria* intonabat, nec tamen epistolam  
 vel Evangelium, aut alia, quæ alias  
 a Musicis vel choro cantari solent, re-  
 citabat: Populus tamen pro oblatione  
 panem, vinum & aquam, necnon in  
 æstate frugum primitias in Altari re-  
 ponebat, alio autem calicem nudum  
 ex Sacristia deferente, Diaconus ad  
 celebrantem accedens, juncta cum Sa-  
 cerdote manu Calicem tenebat, & una-  
 cum

Sæc. XVIII. cum eo *Offertorii* verba nomine totius  
 A. C. 1719. populi alta voce pronuntiabat: *ip*  
 vero celebrans nec *Sanctus*, nec *Agnus*  
*Dei* recitabat, ad *Pater noster* rursus  
 Hostiam consecratam elevabat, ac Bene-  
 dictiones nullatenus super Christi Cor-  
 pus & sanguinem, sed super oblato-  
 fructus faciebat. Postmodum sine præ-  
 viis orationibus consuetis, assistentibus  
 laicis, quos inter etiam erat Sub-Dia-  
 conus foeminis immixtus, Sacramen-  
 tum maxin distribuebat, quo facto effunde-  
 batur ad Deum oratio pro conservanda  
 novella hac Ecclesia, quam tandem  
 sequebatur ultima Benedictio: Notandum  
 huic Liturgiæ Nicolaus Petit-Pied  
 rios adhuc ritus adjunxit, & feria quinta  
 Hebdomadæ sanctæ publice Cænam  
 Domini unacum Parocho Anierien-  
 sibus exhibuit, & post Vesperas Evangelium  
 illius diei in Gallico idiomate a Dia-  
 conissa prælegi jussit. Hæc fanaticus  
 iste Doctor non sine publica, & maxi-  
 ma fidelium offensione, cernentibus  
 Parisinis Doctoribus, attentare audebat  
 & nihilominus quidam Sorbonici Theo-  
 logi proscriptum hunc, infamemque ho-  
 minem rursus ad Facultatis gremium  
 admittere adlaborabant: quinimo con-  
 tempto Regis mandato, pessumdatis  
 que propriæ suæ Matris legibus die primo  
 Mensis Junii illum in comitiis  
 Facultatis

Facultati Theologicæ aggregare rursus Sæc. XVIII.  
 statuunt, eumque sollicitant, ut Syn- A. C. 1719.  
 dicum exoraret, quatenus se pristi-  
 nis juribus restitui, congregatis pro-  
 poneret: Annuit ille, eademque die  
 præter morem præfatus Magister, ejus  
 petitione nequidem in deliberationem  
 per Deputatos vocata, contradicenti-  
 bus etiam quamplurimis, atque sanio-  
 ribus ex ipsa conventus Aula abeunti-  
 bus, recipitur *pure & simpliciter*, quin  
 ab eo juramentum vel obedientia erga  
 Bullam *Vineam Domini* &c. exigetur,  
 aut ex Noaillo Cardinale, cujus de-  
 clarationi olim pertinaciter obstetit, in-  
 terrogaretur, an reipsa hic Magister,  
 uti ipse falso jactaverat, in ejus gratiam  
 redierit: Nec turpi ac temerario hoc  
 ausu contenti Parisienses hi Doctores,  
 insuper die prima Julii insuperhabita  
 Regis declaratione, & vilipensis Re-  
 giis literis nuperam Facultatis conclu-  
 sionem die prima Junii sancitam rati-  
 habuere, confirmaruntque. Tam e-  
 normem horum temeritatem Serenissi-  
 mus Regni Moderator iniquissimo fere-  
 bat animo, eo potissimum nomine,  
 quod Magister Petitpied defuncti Regis  
 jussu in exilium detrusus fuerit, proin-  
 Facultas sine expressa Regis venia illum  
 revocare non potuerit, minus vero, uti  
 eorum nonnulli fecerant, palam jacti-  
 tare

Sæc. XVIII. tare, hoc Magistro Facultati rursus  
 A. C. 1719. aggregato, se brevi subscriptionem For-  
 mularii, & sententiam contra Ar-  
 dum abrogaturos: Eapropter Rex  
 quarta Julii Facultatis Decanum, Sp-  
 dicum, Scribam, aliosque ad Arge-  
 sonium Regii Sigilli Custodem deduc-  
 præcepit, ubi Scriba præsentibus Ar-  
 genfonio, Vrilliero Regiis Ministris  
 Maurepaso, Armenonvilla, Du Bois  
 & Le Blanc Regiis Secretariis die sexta  
 Julii Facultatis conclusiones die sexta  
 prima septima Januarii, prima & septima  
 Februarii, & prima Aprilis factas, quibus  
 infallibilitatem Pontificis esse erro-  
 rem pronuntiarunt, & Tamponetum  
 Facultatis consortio excluderunt, ne  
 non binas diei primæ Junii & primæ  
 Julii conclusiones ex Facultatis tabulis  
 delere, & Regis declarationem, episcopi  
 que literas actis inferere, ex Regis ma-  
 dato cogebatur. Nicolaus vero Petrus  
 Pied Exodunum in exilium protrusus  
 mox Parisiis excedens Paleseoum con-  
 tendit, ubi tamen morbo aut vero  
 simulato correptus substitit: quo con-  
 pecto Noaillius nulla mora Regni Re-  
 gentem adiit, supplex, ut hic Magister  
 donec reconvalesceret, prope Parisiam  
 urbem morari permetteretur, & postea  
 non Exodunum, sed Trecas relegar-  
 tur, eoquod Exodunensis Parochus  
 felio  
 bran  
 usur  
 Sere  
 dedi  
 Acc  
 Jan  
 ni E  
 rium  
 fulu  
 prin  
 qua  
 offic  
 rare  
 add  
 rifu  
 tion  
 por  
 Phi  
 chic  
 bue  
 stru  
 situ  
 tis.  
 sub  
 stre

felici huic Magistro facultatem celebrandi Missam, & fors Sacramentorum usum denegaturus esset. Id quoque Serenissimus Regens Noailii precibus dedit.

Sæc XVIII.  
A. C. 1719.

§. XXVI.

*Acceptantes Episcopi a Parlamento  
Parisiensi aliisque indigne  
habiti.*

Jam sub primis hujus anni auspiciis Parlamentum Parisiense seposita omni Episcopalis dignitatis reverentia spurium suum Zelum exerebat contra Præfulum Acceptantium scripta, ac præprimis die decima quarta Januarii, postquam ipsius Pontificis literas *Pastoralis officii* promulgato edicto *abusivas* declarare præsumperat, insuper flammis addixit. I. *Tractatum de schismate* a Parisinis Jesuitis compositum, II. *Refutationem scripti in favorem quatuor Episcoporum Appellantium* unacum Thomæ Philippi de Bouffu Mechliniensis Archiepiscopi mandato, qui liber attribuebatur Cardinali Bissy. III. *Instructionem pro sedandis scrupulis circa Constitutionem UNIGENITUS* perperam motis. IV. *Instructionem familiarem circa submissionem Constitutioni debitam*: Postremum hoc opus edidit Michael Poncet

Sæc. XVIII. cetus Andegavensis Episcopus, qui  
 A. C. 1719. tiam encyclicas emisit literas,  
 quibus Appellantes cum Calvino con-  
 tulit, prohibuitque, ne quis in mon-  
 steriis eorum, qui appellarunt, profi-  
 retur. Has literas Parliamentum  
 infamem rogum damnavit, Regii ve-  
 Senatores illas nonnisi supprimi  
 crevere. Parisiensis Parlamenti ex-  
 plo animata Rothomagensis, Burde-  
 lense, Divionense, & Rhedonense Pa-  
 lamenta contra Episcoporum manda-  
 atque Instructiones edicta promulga-  
 runt, quapropter Cardinales Rohan-  
 & Bissyus graviter questi, a Regni  
 gente petierunt, ut hæc Parla-  
 mentum edicta tanquam irrita & nulla  
 clararentur. Hic ergo mox quinque  
 nominabat Deputatos, qui præprimis  
 Rothomagensis edictum examinarent.  
 His autem longiorem moram trahentibus,  
 hujus causæ cognitio eis Regis  
 jussu adempta est. Sub idem tempus  
 Rhenatus Franciscus de Beauveau  
 losanus Archiepiscopus ad Provincialis  
 comitia suum mandatum, quo se suo-  
 que ab Appellantium communi-  
 parabat, typis imprimendum trans-  
 misit, simulque Loumeum Collegii  
 Bernardi Curatorem Regentis jussu  
 ficio amovit: cum autem Parliamentum  
 contra ipsum Archiepiscopum nihil pro-

ficeret, ut saltem eum a promulgando suo mandato deterreret, novo edicto Joannis Ludovici de Crillon Vabrensis, San - Pontiani, & Nicolai de Malazieux Vauriensis Episcoporum mandata suppressit, vetuitque, ne deinceps hujus Provinciæ Archiepiscopi atque Episcopi ejusmodi mandata ederent. Ita nempe, postquam nonnulli Franciæ Episcopi sub obtentu Gallicanarum libertatum sese a summi Pontificis subjectione & judicio subduxerunt, laicalis potestatis mancipia fuere effecti: Incassum ideo ambo Cardinales Rohanius & Bissyus denuo Regi supplicabant, ut de Constitutionis negotio cognoscendi auctoritatem Parliamentis demeret, sed rem ad secretius Regis Consilium devolvi juberet. Præterea Aquensi Parlamento sudes erat in oculis Henricus Massiliensis Episcopus, qui non modo contra Appellantes mandatum edidit, sed etiam omnibus Regularium familiis præcepit, ut illud in publico conventu prælegi curarent, aut de facta illius lectione testimonium scriptum ad Episcopalem curiam deferrent, insuper Confessariis injunxit, ut suos pœnitentes interrogarent, an corde & animo Constitutionem recipiant? adolescentibus vero, qui Patrum Oratorii scholas frequentarunt, Tonsuram clericalem

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

con-

Sæc. XVIII. conferre renuit, præcepitque, ut Cæ-  
A.C. 1719. fessarii Parentibus, ni filios suos in  
 eorum scholis revocaverint, absolu-  
 tionem Sacramentalem denegarent.  
 Literas quoque ad suæ Diæcesis Sancti-  
 moniales dedit, quibus veritum, ut  
 cum Appellantibus præcipue Oratorum  
 Presbyteris ullum haberent commu-  
 cium; Patrem vero Favre Oratorii Sa-  
 cerdotem, cujus extremo morbo labo-  
 rantis confessionem Parochus excipere  
 renuebat, ad solemnem appellationis  
 suæ retractationem permovit, ipse  
 que Sacrum Viaticum ad omnes cujus-  
 libet Parochiæ ægrotos detulit: Le-  
 signe hoc religionis studium Aque-  
 Parliamentum ad maximam concitavit  
 indignationem, quam tamen exerce-  
 ob encyclicas Regentis literas reformu-  
 dabat, cum autem Regia quoque man-  
 data ab aliis Parliamentis vilipendi ce-  
 neret, aucta inde temeritate die de-  
 cima quarta Januarii edito decreto  
 præfati Episcopi reditus & bona manus  
 injecit, hancque sententiam eidem  
 Præsuli per Oratorii Sacerdotes triduo  
 post significari curavit: nec tamen pro-  
 pterea hic Episcopus invictam animi  
 fortitudinem abjecit, sed Episcopali  
 robore animatus, altera die in omnibus  
 Parochiis, aliisque suæ Diæcesis Ec-  
 clesiis mandatum suum promulgavit  
 justitiam

jussit: Comperta autem Parlamenti Sæc. XVIII.  
 violentia Serenissimus Regni Regens A. C. 1719.  
 per Argensonium Regii sigilli Custodem  
 Aquensi Senatui injunxit, ut Sententiæ  
 contra hunc Episcopum latæ rationes  
 exponeret, eique liberum bonorum  
 usum redderet: quod etiam die vige-  
 sima secunda Julii factum est.

Ceterum indignatio adversus Ac-  
 ceptantes a Parisiensi Parlamento con-  
 cepta novis ignibus exarserat, dum  
 Rhemensis Archiepiscopus *ad omnes*  
*Franciæ Archiepiscopos & Episcopos, qui*  
*Constitutionem acceptarunt,* literas misit,  
 in quibus eos proxime ad Cleri Galli-  
 cani comitia profecturos hortabatur,  
 ut liberum, tutumque locum, proin-  
 nec Parisiis, nec in oppido S. Germani,  
 nec in alia Parisinæ Diæcesis urbe af-  
 signari peterent, ubi de *dono gratuito*  
 nihil decerneretur, nisi prius Regni Re-  
 gens Appellantes ad subjectionem, &  
 Parlamenta ad revocationem suorum  
 edictorum adegisset, cum indignum  
 foret, ut Clerus Regi donum impertia-  
 tur, nisi Rex suam Ecclesiæ protectio-  
 nem impenderit. Cum autem Archi-  
 episcopus Appellantes, ac nominatim  
 Noaillium vocaret schismaticum, &  
 in violentos Parliamentorum ausus ve-  
 hementibus oppido verbis inveheretur,  
 hinc Regni Regens appellantium op-  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.*      Q      por-

Sæc. XVIII. portunitate devictus, La Farre Abbatem ad eundem Archiepiscopum ablegabat, unacum literis, in quibus eum rogabat, ut epistolam suam publicam reddere saltem uno Mense ferret, eoquod pro præsentis rerum vicissitudine interim necessaria pacis mediis disponere decrevisset. Attamen Archiepiscopus jam antea ad plures Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Viros, imò ad ipsum Santinium Bruxellensem Pontificium Inter-Nuntium suas literas transmiserat, quocirca Abbati literas tradidit, in quibus Regenti exposuit, se epistolam suam jamjam distinxisse, cumque factum infectum fieri nequeat, sibi molestum accidere, quod Regentis voluntati haud ultra obsequendum valeret: Comperto hoc responso Appellantes, cum Regentes inde exacerbatum crederent, Parisiense Parlamentum incitabant, ut laesum suum honorem potenter vindicaret. Igitur die vigesima secunda Januarii Parisiensis Curia pronuntiabat, Epistolam sub Archiepiscopi Rhemenis nomine impressam carnificis manu esse lacerandam, & comburendam: et ratiores etiam censebant, Rhemenis rerum capitalium Quæsitori dandum esse negotium, ut contra ipsum Archiepiscopum iudicii acta instrueret;

rum moderatiores opponebant, nimis Sæc. XVIII.  
 indigne haberi Archiepiscopum, præ A. C. 1719.  
 cipue cum hæc epistola non Rhemis,  
 sed Namurci typis edita fuisset, ni-  
 hilominus altera die lata prius senten-  
 tia publice executioni fuit demandata:  
 Quamprimum Archiepiscopo Parla-  
 menti decretum innotuerat, mox velut  
 faustissimum Nuntium cuncta contra se  
 gesta suis Amicis exposuit, asseruitque,  
 se paratum esse Parisios venire, atque  
 executioni unacum orthodoxis suis Ec-  
 clesiasticis inter Hymnos & cantica  
 interesse, de cetero autem Parlamento  
 suam rabiem exerendi occasionem mox  
 præsto futuram, eoquod literas longe  
 adhuc acerbiores brevi editurus esset;  
 se enim neminem præter Deum timere,  
 ubi de tuenda fidei puritate, & Eccle-  
 siæ auctoritate ageretur.

## §. XXVII.

*Summi Pontificis gratulatio ob Præ-  
 sulum obedientiam & con-  
 stantiam.*

Cum totius pene Orbis Catholici Præ- Epist.  
 sules atque Universitates identidem Clem. XI.  
 promptam suam subjectionem erga Con- pag. 2323.  
 stitutionem, necnon invictum robur, quo & seqq.  
 Appellantium furori, dolls, malisque  
 artibus obstiterunt, suis literis summo

Q 2

Pon-

Sæc. XVIII. Pontifici testarentur, hinc vicissim He  
 A. C. 1719. illis filialis hujus obsequii gratulatio  
 nes fecerat, & quidem die decima Ja  
 nuarii Didaco Barcinonensi Episcopo  
 ad ejus literas die trigesima Julii da  
 tas respondit, quod quidem plurimis  
 & sane luculentis testimoniis jam pri  
 dem sibi innotuerit, Constitutionem in  
 omnibus Hispaniæ Provinciis fuisse ex  
 ceptam, eique debitam ubique palam  
 obedientiam exhiberi, id tamen a præ  
 fato Episcopo confirmari, eo gratia  
 ipsi acciderit, quo validius ipse calum  
 niam hisce Præsulibus a veritatis ho  
 stibus mendacissime instructam tam he  
 liciter obtrivit, ut non modo labem  
 Hispanis inustam deterferit, sed inde  
 etiam propugnandæ fortiter Apostolicæ  
 auctoritatis occasionem arripuerit, at  
 que ex ipsis hostium artibus prædicandæ  
 altius veritatis argumentum com  
 paraverit. Quinto post die Pontifici  
 promeritis laudibus prosequabatur The  
 mam Philippum de Bossu Mechlinien  
 sem Archiepiscopum, & Episcopos Gae  
 davensem, Namurcensem, Rurem  
 danum, Antverpiensem & Brugensem  
 necnon Petrum Gorias Silvæ - Duce  
 sem Vicarium Apostolicum, eo quod  
 die vigesima tertia Novembris datis  
 literis summo Pontifici testati fuissent  
 quod Pontificiæ Constitutioni debitam  
 obe

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

obedientiam præstiterint, & ab aliis eam præstari curarint: eodem gratulationis officio Pontifex honorabat Marchionem de Prié Belgii Pro - Gubernatorem, cum hic potenter Mechliniensi Archiepiscopo ad id suffragatus esset, ut circumstrepentium pravaram opinionum germina a sua Diæcesi repellere debitamque Constitutioni obedientiam promovere strenue potuerit. Quamprimum vero Lovaniensis Artium Facultas suis literis die vigesima Novembris summo Pontifici significaverat, quod debitum Constitutioni obsequium prompto sinceroque animo præstiterit; mox idem Pontifex die decima quinta Januarii honorificis literis Decani totiusque facultatis studium promerita commendatione profecutus est: Transmiserat etiam ad Pontificem Philippus Everhardus Gandavensis Episcopus suam epistolam Pastoralem, qua fideles suos ad debitam sacræ Sedi obedientiam hortatus, refractarios comminatis pœnis Canonicis ad officium reducere satagit: quocirca præter amplam laudem Pontifex die prima Martii eum impense monuit, ut potissimum Constitutionem illic inviolabiliter ab omnibus observari, strenue procuraret. Quam acerba, non minus ac indigna Henricus Massiliensis Episcopus a Parlamento

Q 3

per-

Sæc. XVIII. perpeffus fuerit, ipfemet die vigefima  
A. C. 1719 quinta Januarii fummo Pontifici expo-  
 fuit; publicum autem fuxæ fortitudinis  
 testimonium Clemens ipfemet huic Pre-  
 fuli dedit hifce verbis: „Repleti fumus  
 „confolatione & fuperabundamus om-  
 „ni gaudio, in eisdem tuis literis per-  
 „fpicientes invictam animi fortitudinem  
 „& facerdotali pectore prorfus dignam  
 „constantiam, qua nedum temporalium  
 „iftius Ecclefie proventuum jacturam  
 „aliaque tibi illata detrimenta con-  
 „temnis, & ipfum quoque fanguinem  
 „ubi neceffitas id exigat, pro Catholice  
 „veritatis defenfione profundere para-  
 „tus es, fed infuper exultas, ac ho-  
 „nori & gloriæ tibi ducis ejusmodi ca-  
 „lamitatibus divexari. Quamobrem  
 „annumerandus merito videris illorum  
 „confortio, de quibus fcriptum eft: Iba-  
 „gaudentes a confpectu concilii, quo-  
 „niam digni habiti funt pro Nomine  
 „Jefu contumeliam pati, optime fi-  
 „quidem intelligis, quod omnes, qui  
 „pie volunt vivere in Chrifto Jefu per-  
 „fecutionem patientur, ficut enim igne  
 „probat argenteum, & aurum camino  
 „ita probat Electorum fuorum corda  
 „his artibus, quibus crevit, fanta  
 „luftratur Ecclefia: hanc nobis hæredita-  
 „tatem Patres noftri reliquere, fcilicet  
 „ut per multas tribulationes intremus

„in Regnum cælorum. Gravis sane pugna, Sæc. XVIII.  
 „Sed ingens est præmium, nec sunt A. C. 1719.  
 „condignæ passiones hujus temporis  
 „ad futuram gloriam, quæ revelabitur  
 „in nobis. Læti præterea majorem in  
 „modum sumus, quod universus Clerus  
 „& populus Massiliensis hac occasione  
 „multiplicia erga pastorem optimum  
 „amoris & fidei liberalis animi argu-  
 „menta prodiderint, ac ubi tot alii  
 „præclaris ac singularibus documentis  
 „testatam, atque perspectam non habere-  
 „mus, eximiam virtutem tuam inde colli-  
 „gere possemus. Confortare itaque vene-  
 „rabilis Frater & esto robustus, qui e-  
 „nim perseveraverit usque in finem hic  
 „salvus erit, quod ad Episcopum A-  
 „genensem attinet, maxime doluimus  
 „& improbavimus, ut par erat ejus  
 „indignam sacro antistite agendi ratio-  
 „nem, & gavisi sumus illius impuden-  
 „tiam a te fortiter cohiberi., Eidem  
 „etiam Episcopo Pontifex auream Cru-  
 „cem, cui inclusum erat lignum S. Crucis,  
 „unacum S. Reliquiis die undecima Julii  
 „in paternæ charitatis testimonium sub-  
 „misit.

Non minoris gaudii argumentum  
 exstiterè summo Pontifici literæ anni  
 prioris die vigesima septima Maij a Jo-  
 sepho Episcopo & Universitate Vallisole-  
 tana Romam transmissæ, in quibus

Q 4                      omni-

Sæc. XVIII. omnimodam subjectionem, ac inuoluntariam præfatæ Constitutionis observantiam testati sunt, eapropter Pontificis die decima quarta Martii eorum religionem plurimum commendabat.

Jam supra meminimus, quod malignantium Doctorum Parisiensium conspiratione Medericus Sorbonicus Doctor Venerandus Senex ab honoris gradu, eorum cœtu per summam injuriam ejectus fuerit; „non tuam quidem, ad eundem perscripserat Pontifex, sed ipsorum potius fortem dolemus: tibi enim fortitudinis laus ad meritum Religionis accessit, atque inter commendationem omnium bonorum contumelia cessit in gloriam, illi vero inflati spiritu superbiæ suæ, cum te de Synagoga expulerunt seipsos a præcætus institutis abalienarunt. Quoniam autem te a conspectu concilii gaudentem abiisse, & de repulsæ contumelia gloriantem tuæ ad nos litteræ testantur, a Nobis illæ deprecantur non tam consolationis, quam gratulationis officium, cæterum etsi par tuæ virtuti præmium ab Eo reddendum speremus, qui persecutionem patientibus propter justitiam Regnum cælorum polliceri dignatus est, nulla tamen tibi defutura, ubi occasio se dederit, testimonia pateræ nostræ charitatis.

„ritatis pro certo habeas, interea dum Sæc. XVIII.  
 „adhuc confidimus Adversarios veri- A. C. 1719.  
 „tatis & persecutores tuos, tam tuis,  
 „quam sociorum tuorum recte sentien-  
 „tium exemplis excitatos aliquando in-  
 „tellecturos, quantam nomini, honori  
 „& animabus suis labem consciverint,  
 „Apostolicam Benedictionem tibi per-  
 „amanter impertimur. „

Nuntiatum erat Pontifici, quod qui-  
 dam, ut Josephum Clementem Electro-  
 rem Coloniensem ab exequenda Pon-  
 tificia Constitutione *Pastoralis Officii* ab-  
 sterreret, eidem subdole suggessisset,  
 Pontifici longe gratius fore, si ea, quæ  
 pro sua in Sedem Reverentia, &  
 spectato Catholicæ doctrinæ Zelo circa  
 præfatam Constitutionem agere decre-  
 vissset, intermitteret, hinc die decima  
 septima Junii Pontifex Hieronymo suo  
 ad Tractum Rheni Nuntio Apostolico,  
 atque Archiepiscopo Tarsensi injunxit,  
 ut Electorem de hac impostura admo-  
 neret, eumque ad destinata prompto  
 animo exequenda incitaret. Nec suis  
 partibus defuit Nuntius; quippe ejus  
 opera Elector atque Archiepiscopus E-  
 pistolam Pastoralem typis edidit, in  
 qua Constitutionibus *Unigenitus*, & *Pa-  
 storalis Officii* debitam ab omnibus suæ  
 jurisdictioni subjectis obedientiam ex-  
 hiberi præcepit, eosque a quacunque

Q 5

com-

Sæc. XVIII. communionis specie cum refractaria  
 A C. 1719. revocavit, propterea a summo Pontifice præclaro elogio honoratus: obsequium quoque obedientiam & Zelum die prima Decembris Mindomensis & Septensis Episcopi atque Universitatis Ursanenſis in Hispania Pontificiis litteris commendabantur.

## §. XXVIII.

*Regularium vigilantia ac studium  
 procuranda subjectione Pontificiis  
 decretis debita.*

*Dorsann.  
 l. c. p. 450.*

Sub idem tempus supremus Moderator Congregationis doctrinæ Christianæ omnes suorum Religiosorum appellaciones damnabat, & nonnullis Superioribus officio motis, ceteros sodales Appellantes Canonica poenarum severitate ad obsequium revocare nitentur: cum autem hujus Congregationis Procurator Generalis sui Præpositi mandata recipere recusaret, eum Pontificis neglectis plurium deprecationibus, Roma exulare jussit, eisque Avenionense Collegium auferre comminatus. Parisiensis etiam Provincialis FF. Prædicatorum jussu sui Magistri Generalis omnibus Religiosis inhibuit, ne in Excoſcoporum Appellantium Diœcesibus Verbum Dei prædicarent, sed unacumque

nes Massiliæ habitantes Episcopum ac- Sæc. XVIII.  
 cederent, eidem declarantes, quod A. C. 1719.  
 Constitutionem *pure & simpliciter* ac-  
 ceptarent. Insuper FF. Eremitarum S. Au-  
 gustini Generalis omnes Religiosos suos  
 Appellantes promeritis pœnis coerceri  
 mandavit, & Franciscani Tolonienses  
 ad Sacrifiæ suæ valvas schedam affi-  
 xere, qua declaratum, quod Constitu-  
 tionem rejicientibus Sacræ vestes pro  
 celebrando Sacro denegandæ essent.  
 Jesuitæ quoque palam docebant, quod  
 Papa sit infallibilis & quod etiam in casu,  
 quo Pontifex in dementiam incideret,  
 Sede vacante Concilii Generalis tum  
 celebrandi decisiones non forent de fide,  
 nisi postquam a futuro Papa fuissent  
 approbatæ. Habebatur insuper Duaci  
 die decima quinta Junii solemnis pro  
 more supplicatio, quam alias e socie-  
 tate Professores cum suis Scholaribus,  
 & centum Seminaristæ natione Angli  
 comitari consueverant, cum autem hoc  
 anno quidam Oratorii Presbyter, qui  
 a Constitutione appellabat, Venerabile  
 Sacramentum delaturus esset, Jesuitæ  
 suæ Ecclesiæ januas omnino occlusas  
 tenere decreverunt; quo audito Atre-  
 batensis Episcopus, majoris tumultus  
 metu impulsus, Parocho ad S. Jacobum  
 injunxit, ut duntaxat circum Ecclesiæ  
 muros supplicationem duceret, nec  
 Cæme-

Sæc. XVIII. Cæmeterii limites egrederetur. *Idem*  
 A. C. 1719. etiam contigerat Gratianopoli; *con-*  
 enim in diebus Rogationum fideles Pa-  
 rochiæ ad S. Ludovicum supplicanti-  
 ordine ad Ecclesiam Jesuitarum qua-  
 annis, ibidem Sacro solemniter inter-  
 turi procederent, La Four Parochus  
 qui a Constitutione palam appellatus  
 cum suo Clero die decima sexta Ma-  
 accedens, Ecclesiæ & Collegii janua-  
 arte clausas reperit, & incassum per-  
 satis foribus, ad Sacellum de *Prop-*  
*ganda fide* cum ceteris supplicantibus  
 procedere, ibidemque rem Sacra-  
 operari coactus est: Inde vero vehe-  
 menter exacerbatus, questum ibat  
 Parlamentum, quo tamen Jesuitis  
 vente Episcopus Noaillium Cardinalis  
 & Aurelianensem Ducem interpellatus  
 cujus jussu P. Rector, ac tres alii  
 niores Jesuitæ præsentibus Canonicis  
 Clericis, Parochis, pluribusque No-  
 libus & civibus juxta formulam  
 scheda descriptam in Episcopali Palati-  
 de scandalo dato veniam rogare con-  
 pellebantur: cum autem Jesuita Con-  
 cionator Episcopi mandatum, quo  
 deles, ut Confessarios hoc mandatum  
 exequi recusantes denuntiarent, jube-  
 bantur, ex suggestu promulgare renu-  
 ret, ceterique Jesuitæ, quominus des-  
 cepti in diebus Rogationum supplican-  
 tiones

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

tionem in sua Ecclesia recipere tene-  
rentur, a Parlamento obtinuerunt, Epi-  
scopus Gratianopolitanus cunctos Je-  
suitas die sexta Octobris (unico ex-  
cepto) interdicto subiecit, & Tricasti-  
nus Præsul eis confessiones Monialium  
excipere vetuit. Haud minus ardenti  
studio Carmelitæ Discalceati Duacenses  
sua erga Pontificiam Constitutionem  
obedientiam exhibebant, ac præprimis  
publice theses exponebant, in quibus  
Pontificis infallibilitatem ceterasque  
doctrinas, Appellantium erroribus op-  
positas strenue propugnabant, cumque  
ob epidemicam luem solemniter habere-  
tur supplicatio, atque in ea Vicarius  
ad S. Petrum, quem a Constitutione  
appellasse notorium erat, Sanctissimam  
Hostiam circumferret, Carmelitæ The-  
resianis Monialibus persuadebant, ut  
Ecclesiæ suæ fores clauderent. Existi-  
matam hanc injuriam Atrebatensis  
Episcopus ipsi Christo Domino factam  
reputans, Moniales ad debitam satis-  
factionem hortabatur, quibus tamen  
omnem culpam a se amolentibus man-  
datum promulgari iussit, in quo de-  
clarabat, quod hisce Monialibus inju-  
riam Christo Domino illatam reparare  
recusantibus, ipsemet satisfacere de-  
crevisset, ac ideo singulis diebus  
Dominicis, festivis & feriis sextis in  
omni-

Sæc. XVIII. omnibus Parochiis vespere: *Domine*  
 A. C. 1719. *non secundum &c.* & Psalmus *Miserere*  
 cantaretur. Proxima igitur die Dominica  
 cum præfatus Vicarius intonaret Psalmum  
*Miserere &c.* Cantores econtra incipiebant  
*Tantum Ergo &c.* quo absoluto Vicarius  
 rursus denuo Psalmum *Miserere* intona-  
 bat; populus vero totus, omnesque  
 cantores ex Ecclesia abierunt, excu-  
 rantes, haud opus esse satisfactionem  
 ubi nulla est offensa. Quoniam vespere  
 plures Benedictini ex Congregatione  
 S. Mauri non modo a Constitutione pro-  
 vocarent, sed etiam effusis in Papanum  
 ejusque Bullam dicerent libellum, in  
 quo Richerii doctrinæ innovabantur  
 publici juris facerent, eo perlecto Pape  
 tantopere exarsit, ut universam  
 hanc Congregationem in Galliis ab-  
 olere, foundationis Bullas a Prædeces-  
 soribus Papis concessas irritare, & in-  
 feriores ab obedientia Superiorum ab-  
 solvere communi Cardinalium suffra-  
 gio decerneret: Ea res quamprimum  
 P. Conrado præfatæ Congregationis  
 Procuratori Generali innotuerat, Car-  
 dinalem Albanum accessit, professus  
 quod quamvis quidam Congregationis  
 subditi sese Appellantibus aggregassent  
 primarii tamen Superiores plenam Sa-  
 dis Apostolicæ decretis obedientiam  
 profiterentur: de cetero, quæ hucus-

que perperam ab aliis attentata fuif- Sæc. XVIII.  
 sent, absdubio reparanda forent, dum- A. C. 1719.  
 modo suos Superiores de concepto Pon-  
 tificis proposito certiores reddendi spa-  
 tium sibi concederetur: Ad hæc Ponti-  
 fex reposuit, præprimis appellationes  
 a suis interjectas nomine totius Con-  
 gregationis a præfato P. Procuratore  
 esse revocandas: cum autem hic suam  
 revocationem solemnioris appellationis  
 fomitem fore opponeret, & remedii a  
 suo Præposito Generali mox adhibendi  
 spem faceret, dummodo ad eundem  
 scribendi copia concederetur, Pontifex  
 hujus promisso acquievit, re autem in-  
 fecta manente Procuratori, ut intra  
 triduum Roma excederet, præcepit:  
 Postquam vero Generalis omnes Mo-  
 nachorum appellationes execrabatur,  
 & quibusdam Prioribus officio motis  
 renitentes severe plectebat, Procurator  
 Romam reverti permissus est, incas-  
 sum comminante Parlamento Parisiensi,  
 quod a Generali pœnas exigere, ejus-  
 que Monachos Appellantes potenter  
 defendere decrevisset: Hanc tamen  
 Generalis declarationem Procurator  
 postea approbare renuit, caussatus, eam,  
 si promulgasset, ab universa Congrega-  
 tione rejectum, gravemque sibi mole-  
 stiam irrogatum iri.

§. XXIX.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

## §. XXIX.

*Alicæ pacis negotiationes.*

*Lafiteau l. c.*  
*pag. 166.*  
*Vid. Pag.*  
*§. 17.*

Interim Abbas du Bois conciliationi nuper propositæ executioni sedulo incumbens, spe fretus, quod si Cardinalis Noaillius explicationes, quæ Parisiis conficiebantur, rejecturus esset Rex, Regnique Regens eum Canonum severitati permissurus foret: Horum quæ agitabantur, ignarus Cardinalis Tremollius, aliud conciliationis medium excogitabat; cum enim probe cognosceret, quod Noaillius nil nisi Bullæ explicationes vel a Papa datas vel ab eo approbatas peteret, hinc ipsemet Bullam explicare statuit, & Pontifice consulto, imo etiam has explicationes tanquam genuinum Constitutionis sensum exprimentes approbante eas unacum mandato, & Pontificia approbatione in sua Cameracensi Diocesi promulgare decrevit: si ergo Noaillius has explicationes sic a Papa approbatas adoptaverit, & taliter Constitutionem receperit, totum dissidium feliciter diremptum iri sperabat Tremollius. Hoc suum itaque consilium exposuit summo Pontifici, qui etiam dilaudatum hujus Cardinalis studio declarabat, quod si suum mandatum tali modo, quo firmam

Sedi Apostolicæ & Noaillo satisfactum Sæc. XVIII.  
esset, conficere posset, nil propius esse, A. C. 1719.  
quam prosperi successus felicitatem: Id  
quidem Tremollius summa confidentia  
sibi pollicebatur; Pontifex tamen binas  
exegit condiciones, quibus non adim-  
pletis hæcæ explicationes approbare  
haud posset; prius enim hæcæ explica-  
tiones examini, & doctiorum iudicio,  
an reipsa Pontificia approbatione dignæ  
essent, relinqui petiit, ac demum sibi  
idonee caveri postulavit, fore, ut hæc  
Pontificia explicationum approbatio sin-  
ceram certamque Constitutionis acce-  
ptationem a Noaillo impetratura foret.  
Has condiciones absdubio impleri con-  
fusus Cardinalis, rem aggreditur, jube-  
tur a Papa desuper cum Cardinalibus  
de Iudice, & Cassonio conferre, ac  
tandem ejusmodi explicationes per Ab-  
batem Conti seu de Comitibus Missio-  
num Sacerdotem confici, & a doctissi-  
mis Viris examinari curavit, quas etiam  
Clementi XI. die decima quinta De-  
cembris obtulit: Verum Pontifex duo  
majoris momenti capita, quæ carpe-  
ret, offendit, ac primo quidem, quod  
cuiilibet propositioni assignatus fuerit  
unicus sensus, in quo ea in Constitu-  
tione damnata dicebatur, proin omnes  
alii sensus, qui per Bullam fuerant  
damnati, excludi videbantur: alterum  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.* R erat,

**Sæc. XVIII.** erat, quod non semper magis proprius  
**A. C. 1719.** & naturalis cujuslibet propositionis sensus fideliter fuerit determinatus, pronus facile appellanti cavillandi anfa relinqueretur, perinde ac si sensus proscriptus non esset verus libri & propositionum sensus: Ambos hosce defectus Cardinalis Tremollius emendaturus, scriptum composuit, illudque summo Pontifici unacum epistola, in qua suum mandatum approbari rogabat, consignare statuit; morte tamen præventus hoc suum consilium exequi non potuit. Mandatum vero suum cum explicationum typo Parisios per Abbatem Conti, qui sexta Januarii profecturus esset, transmittere decrevit. Priusquam vero Abbas adventasset, jamjam Abbas de Bois suas explicationes unacum Marcellino Episcopo Claromontano, P. de la Tour Congregationis Oratorii Generalis, & Abbate Coveto consecratas easque ab octoginta Episcopis ac præcipue Rothomagensi, Sennonensi, & Narbonensi approbandas ad Regni Regentem detulerat: Die autem vigesima tertia Novembris præfatus Generalis illas Cardinali Noaillo exhibuit, qui tamen respondit, se suam desuper mentem non declaraturum, nisi prius illas ceteris factionis suæ Episcopis ac præprimis Bajonensi monstrasset.

## §. XXX.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.*Difficultas obtinendi literas Apostolicas pro Ecclesiasticis ad Episcopatus nominatis.*

Nominabat Aurelianensis Dux Regni Moderator Abbatem Lotharingum pro Episcopatu Bajonensi, & Abbatem de Castris pro Ecclesia Tournonensi: cum vero Pontifex illis, quos de doctrina suspectos noverat, confirmationis literas Apostolicas denegare constituisset, die octava Februarii publicum celebrabat Purpuratorum conventum, in quo tamen rebus aliis mature discussis, neutri ex hisce duobus Ecclesiasticis desideratas Bullas concessit, eo quod Abbas de Castris Capitulum & ceteros Diæcesis Tournonensis Clericos, quo minus a Constitutione appellarent, non prohibuisset, Lotharingus vero a Noailii ore pendens, cum Littebona pertinaci Moniali indignum in modum Constitutioni oblocutus esset, ac studiose multiplicatis generalibus Vicariis eorum quam plures Constitutioni adversantes selegisset, necnon Oratorii Presbyteris interdicto subjectis facultates confessiones excipiendi reddidisset &c. Utrumque Tremollius Cardinalis pro viribus excusare nitebatur, incassum tamen, constanter

R 2

repo-

Sæc. XVIII. reponente Papa, quod, nisi eos Co  
A. C. 1719. stitutionem acceptasse, ejusque obse  
 vantiam in eorum Diæcesibus prom  
 vere paratos fore constiterit, nunquam  
 eis Apostolicas confirmationis literas  
 indulturus esset: Urgente tamen  
 comminante Tremolio, rursus die de  
 cima tertia Septembris Pontifex Co  
*sistorium*, ut vocant, secretum habuit  
 in quo hanc rem S. Officii judicio com  
 misit; cum vero hæc Congregatio hæc  
 Bullas esse denegandas censuisset, Pon  
 tificex a Tremolio petiit, ut ipse scripto  
 tenus securitatem præstaret, fore ut  
 ambo nominati nihil contra Consti  
 tutionem attentaturi essent: Ipso autem  
 Regente horum nominatorum subjecto  
 nem spondente, Pontifex die decima  
 octava ejusdem Mensis habito Senato  
 utrique Abbati confirmationis literas  
 expediri jussit. Accepto hoc nuntio  
 Philippus Regni Moderator serio Loh  
 ringum admonuit, ut appellationibus  
 omni conatu obsisteret, & appellanti  
 numerum pro viribus restringeret, quod  
 tamen Abbas audacter reposuit, si  
 salvandum dogma, morum doctrinam  
 & Ecclesiæ Gallicanæ libertates præter  
 appellationem aliud opportunius excu  
 gitaretur medium, se nihil contra Consti  
 tutionem moturum, secus vero se non  
 polliceri posse: Nec his contentus hæc  
 Abbas

Abbas, palam in urbe divulgabat, se a nullo alio, quam a Cardinale Noail-  
lio inaugurari velle: Pariter ubi Abbas de Castries Regentem accesserat, Hic ei disertis verbis præcepit, ut edito mandato Constitutionem acceptaret, eamque a suis acceptari curaret: reponente autem Abbate, quod in tota Diæcesi tumultum inde oriri pertimesceret, Regens utriusque pervicaciam detestatus, cunctos Appellantes Pontificis iudicio permittere, seque apertum illorum hostem declarare constituit, ac præprimis per Massillonium Claramontensem Episcopum Noaillo inhi-  
buit, ne ex duobus hisce Abbatibus ullum consecrare præsumeret: Verum Noaillius respondit, se hac in re Regentis voluntati obtemperare non posse; cuncta enim jam ad hanc solemnitatem parata esse, de se vero triumphum hostes suos cantaturos, & absdubio eum tanquam hominem hæreticum atque excommunicatum, cui Episcopis manus imponere interdictum, traducturos: aliunde autem hac repulsa Papam & Appellantes ad conciliationis viam difficiliores reddi, proin malle se Purpura spoliari, quam ab utriusque hujus Episcopi inauguratione arceri: His perceptis petiit Princeps, ut saltem expectaret usque ad diem vigesimam septimam

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

R 3

ptimam

Sæc. XVIII. ptimam Octobris, qua ipsemet cum  
A. C. 1719. Noaillio desuper acturus esset: agra  
 igitur obtinuit Noaillius, ut solum Ab-  
 batem de Castries die vigesima nona  
 ejusdem Mensis consecrare permittere-  
 tur, cui tamen Nemausensis, Floria-  
 censis, Bituricensis, Vivariensis, ce-  
 terique Episcopi Acceptantes interesse  
 recusarunt. Novus vero hic Archiepi-  
 scopus Turonensis relicta sua Ecclesia  
 ad Albiensem Archiepiscopatum tran-  
 siit.

## §. XXXI.

*Novem Cardinales a Papa in-  
augurati.*

*Orat. Consi-  
Clem. XI.  
pag. 168.* Die vigesima nona Novembris Cle-  
 mens Papa secretum, ut vocant  
*Consistorium* habuit, in quo Cardina-  
 lium numerum completurus, novem  
 Præsules ex omni Natione selectos Ro-  
 mana Purpura decorabat. Hos inter  
 primus erat Leo Potier Dux de Gela-  
 res natione Gallus Bituricensis Archie-  
 piscopus, cujus merita Pontifex his  
 verbis complectebatur: „Hic per plures  
 „res annos, ut bene nostis, in hac  
 „ma urbe Collegio Protonotariorum  
 „Apostolicorum de numero participan-  
 „tium adscriptus, acceptus omnibus  
 „invisus nemini modestissime vixit,

„interim utriusque signaturæ Referen- Sæc. XVIII.  
 „darium laudabiliter egit: discessit ab A. C. 1719.  
 „hac aula corpore non animo, quippe  
 „quem retinuit, semper erga Apostoli-  
 „cam Sedem obsequentissimum, erga  
 „Romanam curiam amantissimum.,,

II. Georgius Spinula Cæsareensis  
 Archiepiscopus, Patritius Genuensis,  
 Viennensis Apostolicæ Sedis Nuntius  
 Presbyter Cardinalis tit. S. Agnetis. III.  
 Cornelius Bentivoglius Carthaginensis  
 Archiepiscopus, patria Ferrariensis a-  
 pud Galliarum Regem Nuntius Apo-  
 stolicus Presbyter Cardinalis tit. S. Cæ-  
 cilie. IV. Josephus de Pereyra de la  
 Cerda Lusitanus Episcopus Pharaonen-  
 sis Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ.  
 V. Michael Fridericus Comes de Althan  
 Glatzensis in Bohemia, Episcopus Va-  
 ciensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Sa-  
 binæ. VI. Joannes Baptista Salernus  
 patria Cosentinus Presbyter Cardinalis  
 tit. S. Stephani in Monte Cælio. VII.  
 Franciscus de Maily Archiepiscopus  
 Rhemensis Gallus Presbyter Cardinalis  
 sine titulo: Hujus Præfulis laudem  
 Pontifex his verbis prosecutus est:  
 „Vere malleum, ut ejus cognomen Gal-  
 „lice sonat, sed malleum jansenistarum  
 „diximus Archiepiscopum Rnemensem,  
 „laudavimus satis. Neque enim quis-  
 „quam vestrum, ignorat, quæ & quanta

R 4

„stre-

Sæc. XVIII. „strenuus ille, atque imperterritus con-  
 A. C. 1719 „stitutionis nostræ *Unigenitus* propo-  
 „gnator pro ea fecerit, quæ & quam  
 „pro ea passus fuerit. Nemo idcirco  
 „vestrum itidem erit, qui etiam non  
 „censeat omnino æquum esse, ut ei, &  
 „in eo illis omnibus Gallicanæ Ecclesiæ  
 „Antistibus non minus Sapientia & Do-  
 „ctrina, quam pietate & studio tuenda  
 „religionis illustribus, qui ejus exemp-  
 „prædictæ constitutioni nostræ debitam  
 „obedientiam præstiterunt, gratum no-  
 „strum animum luculentiori argumentis  
 „exhibeamus. „

VIII. Thomas Philippus de Alfata  
 Comes de Bouffu Princeps de Chimay  
 Belga, Archiepiscopus Mechliniensis  
 Plura hic, inquiebat Pontifex, referre  
 possemus de hujus illustris præsulis eximia  
 vigilantia, quam ubi primum ad suæ Me-  
 tropolitaneæ Ecclesiæ Regimen admo-  
 fuit, adhibuit semper, & adhuc constan-  
 tissime adhibet, ut omnes Catholici Belgæ  
 Christifideles, præsertim vero sibi commissa  
 sæ oves, quæ contagii locis ut ita & per-  
 ricultis propinquiores sunt, a venenatis præ-  
 varum doctrinarum pascuis sedulo ce-  
 ceantur. Sed unum duntaxat dicere sufficiat  
 quod nimirum, ipse ex cunctis Catholicæ Ec-  
 clesiæ Episcopis primus fuit, qui Constitu-  
 tioni nostræ, quæ incipit: *Pastoralis*, im-  
 militer obsequens, nostroque inhaerens exem-  
 plo, eos omnes, qui aliam nostram Consti-  
 tutionum

tutionem, quæ incipit: Unigenitus debita Sæc. XVIII.  
 submissione suscipere recusarunt, aut in po- A. C. 1719.  
 sterum recusassent, ut veros S. R. E. filios  
 se minime agnoscere disertissime declaraverit,  
 sibi que cum illis nullam deinceps communio-  
 nem Ecclesiasticam extituram palam pronun-  
 tiaverit, donec integre resipiscerent, rejecta-  
 que penitus audacia refragandi, per veræ  
 obedientiæ exhibitionem pristinæ charitati &  
 unitati ab hac sancta Sede restitui mererentur.

IX. Ludovicus Belluga Hispanus  
 Episcopus Carthaginensis S. R. E. Pres-  
 byter Cardinalis tit. S. Mariæ Transpon-  
 tinæ, quem Pontifex appellabat ortho-  
 doxæ veritatis Zelatorem maximum: Pon-  
 tificiæ auctoritatis intrepidum defensorem:  
 Ecclesiasticæ libertatis assertorem fortissimum,  
 magnum Religiosissimæ Nationis Hispanicæ  
 lumen & ornamentum.

Hujus tamen Cardinalis electioni  
 Hispaniæ Rex primo sese opposuit, postea  
 tamen ratam habuit. Præter hos ad-  
 hac alium, scilicet Joannem Franci-  
 scum Barbadicum Brixie Episcopum  
 in pectore, ut ajunt, reservavit, quem  
 tamen primum die trigesima Septem-  
 bris anno sequenti evulgavit.

Facta promotione Pontifex hæc memo-  
 ratu digna subjecit verba: *Novimus aliquo-  
 rum ex iis, quos indicavimus promotionem non  
 omnibus acceptam futuram: confidimus tamen  
 illam minime ingratham fore scrutatori cordium  
 Deo, cui soli hac in re placere contendimus,*

Sæc. XVIII. ad cuius scilicet tremendum tribunal, *u*  
 A. C. 1719. *c*ationis nostræ rationem reddituri, non  
 nus ab ineunte jam Pontificatus nostri *an*  
 vigesimo, quam a gravi nostra ætate *in*  
 mitatibus circumdata brevi sistendos Nos  
 admonemur.

Enimvero Francisci de Mailly Rhe-  
 mensis Archiepiscopi inauguratio Que-  
 nelistis permolesta accidit; cum eam  
 ipsis innotuisset, Pontificem in suis  
 teris invito huic veritatis Pugili  
 constantiæ præmium Romanam pro-  
 misisse Purpuram, solitis suis artibus  
 tantum effecere, ut Regni Regens  
 tamen Abbati Dorfanne fides) hunc  
 Cardinalium dignitate excludi per  
 mollium Cardinalem peteret: ubi  
 Abbas, qui Bituricensi & Rhemensis  
 chiepiscopis rubrum galerum detulit  
 die undecima Decembris Parisios ven-  
 rat, Regens Bituricensi quidem eadem  
 hac die ipse galerum imposuit, Rhe-  
 mos vero mox Equitem Valeronum  
 cum literis ablegavit, quibus Ar-  
 nonvilla aut Regentis jussu, aut  
 tuato duntaxat ipsius nomine Ar-  
 chiepiscopo, ne hanc dignitatem accep-  
 ret, sed eidem nulla mora nuntius  
 mitteret, Capitulo vero, Magistrato  
 & Governatori injunxit, ne hunc  
 chiepiscopum suum tanquam Cardin-  
 lem venerarentur: cum vero Quæ-  
 stio

listæ vererentur, ne Abbas Romanus, **Sæc. XVIII.**  
 priusquam Valeronus literas suas de- **A. C. 1719.**  
 tulisset, Rhemos adventaret, hinc e-  
 quis veredariis studiose retardatis effe-  
 cere, ut ipse nonnisi integro ferme die  
 tardius, quam Valeronus abire potuerit:  
 Ita tamen disponente Dei providentia  
 factum, ut Abbas Valerono citius uno  
 die Rhemos adveniret, atque Archiepi-  
 scopus eodem adhuc die Parisios pro-  
 fecturus, Sueffionem perveniret, ubi e-  
 tiam Valeronum offendit, cui tamen  
 suum mandatum explicanti respondit,  
 se hanc dignitatem non ab alio, quam  
 a Pontifice obtinuisse, nec eam alteri,  
 quam Pontifici cessurum: habito ta-  
 men consilio cum Sueffionensi Episcopo  
 iter suum Rhemos relegit, moxque li-  
 teras omni submissione plenas ad Re-  
 gentem dedit, qui etiam cognita caus-  
 sæ justitia, detectisque Adversantiura  
 dolis omnino falsum esse, quod ipse  
 vel Rex hunc Archiepiscopum a Pur-  
 pura excludi petiissent, palam professus,  
 Rohanio Cardinali concessit, ut hunc  
 Archiepiscopum tanquam Cardinalem  
 literis suis honoraret, quinimo Regni  
 Regens Abbatem Rubanpreum Archiepi-  
 scopi Nepotem die decima octava De-  
 cembri Rhemos ablegavit, dato ne-  
 gotio, ut is Patruum suum Parisios ad-  
 duceret, quo adventante & mox ad  
 allo-

Sæc. XVIII. alloquium admissio, Regni Moderati  
 A. C. 1719. illum summis honorum, & benevolentia  
 significationibus exceptit, concessitque, ut sese tanquam Cardinalem gereret, datisque Romam literis pro contenta dignitate Pontifici grates agere. Die autem decima nona Martii, quæ ante biennium ejus epistola per summam injuriam a carnifice combusta fuerat, anno sequenti ab ipso Rege maxima gloria coronatus, ab ejus manibus gloriosum capiti suo impositum recepit.

## §. XXXII.

*Urbevetanus Episcopus Pontificis jurisdictioni  
 custodiae datus.*

*Acta publ.  
 Const. p. 528.  
 Dorsann.  
 Journal  
 p. 466.*

Jam dudum Pontifex Constitutione Unigenitus ad omnes Italicae Episcopos transmiserat, quæ etiam a singulis summa subjectione recepta, promulgata, atque ad Ecclesiarum valvas publice affixa est: solus tamen Urbevetanus Episcopus sese opponebat, atque ab Appellantibus misere seductus raro propositiones hæresi proximas effutiebatur: Non deerant, qui hunc Episcopum Romæ denuntiarent. Facta igitur in rei veritatem inquisitione Episcopus sacrae Inquisitionis jussu comprehensus, Romam transfertur, & in S. Angeli inclusus, atque examinatus.

crimen fatetur; instruuntur iudicii acta, **Sæc. XVIII.**  
 ac die vigesima septima Julii lata in **A. C. 1719.**  
 eum sententia, in Aula Montis Quiri-  
 nalis præsentibus summo Pontifice, Car-  
 dinalibus sancti Officii Consultoribus &  
 nonnullis Præsulibus ad id a Papa spe-  
 ciatim vocatis Episcopus Pontificali  
 habitu spoliatus, suos errores abjurare  
 jubetur: Producitur ergo e sua custo-  
 dia, Sacerdotalem vestem indutus, ea  
 exiit, atque aliam violacei coloris,  
 necnon superpelliceum, & palliolum  
 indutus, ad Aulam, ubi congregati  
 confederant, introductus est, facemque  
 accensam in manibus tenens, perlectis  
 iudicii sui actis, impositaque pœniten-  
 tia errores suos tam acerbo, tamque  
 ferio dolore detestabatur, ut Papa, ce-  
 terique summa miseratione tacti obstu-  
 pescerent, & Pontifex soluto interdicto  
 in Monasterio, in quo ad dies vitæ hæ-  
 rere iussus erat, sacrum celebrandi fa-  
 cultatem eidem daret. Die autem vi-  
 gesima sexta Januarii Sylvester Lechni  
 Veletriensis, ejusque Filius Julius,  
 Joannes Vechioli de Cisterna, Bona-  
 ventura Arigoni, & Bernardinus Sal-  
 viati in Ecclesia S. Mariæ supra Miner-  
 vam de Atheismo convicti, atque er-  
 rores suos ejurare iussi, alii ad perpetuos,  
 alii ad diuturnos carceres damnati sunt:  
 Abbas vero Volpinus, **cujus crimen**  
**tamen**

Sæc. XVIII. tamen ignoratum, proscriptis bonis  
 A. C. 1719. pite plecti iussus est, Pontificis tam  
 clementia mortis sententiam in perpetuæ custodiæ pœnam commutavit.

## §. XXXIII.

*Actum de Visitatore Apostolico ad  
 nensem Imperatorem ablegando.*

Orat. Con-  
 sist. Clem. XI.  
 p. 163.  
 Dor/anne  
 l. c. p. 482.  
 Beneditt.  
 XIV. Bulla  
 ex quo sin-  
 gulari &c.

Recentissimis ex Sinarum Imperio  
 teris significatum erat Pontifici, quod  
 Imperator per Tribunalia sua de  
 constituerit, ut omnes ceteri Missionari  
 Ritibus adversantes (exceptis Jesuitis  
 Regno ejicerentur: horum vero  
 tuum Assertores palam profiterentur  
 se eisdem constanter inhæsurus, donec  
 via legitima nuperam Papæ Constitutio  
 tionem cum juramenti formula accepta  
 rint. Interim vero Hi Lusitanæ Regis  
 incitarint, ut hanc formulam admitt  
 sui Regni Missionariis prohiberet,  
 vero, qui tamen in Galliis Constitutio  
 tionem *Unigenitus* pure & simpliciter  
 omni explicatione acceptari, pro  
 & foci propugnarunt, nunc concilio  
 tis Aula Lusitana, atque Universitatibus  
 bus Constitutionem contra Ritus Sina  
 nenses editam explicari ejusque rigore  
 rem tolli vel mitigari impense, impo  
 tuneque a Papa postulent. Nec  
 contenti, Pontificæ Constitutionis

*servantiam sub obtentu, quod illa duntaxat* Sæc. XVIII.  
*præcepti titulum præferat, proin non in-* A. C. 1719.  
*dissolubilis legis sed præcepti mere Ecclesia-*

*fici vim habeat, effugere nitebantur. Tot*  
*impedimenta & difficultates, & discrimina*  
*suzæ Constitutionis promulgationi ac observantiæ*  
*opponi, summopere deplorabat Pontifex, doloris tamen sui*  
*levamen attulerant aliæ literæ, quibus hæc impedimenta*  
*tollendi spes facta est, dummodo prudens quidam Pontificis*  
*Minister eo ablegatus Imperatoris benevolentiam sibi conciliare niteretur:*

Eapropter Pontifex talem Virum  
 ad Sinas mittere constituit, suumque  
 animi propositum die decima octava  
 Septembris Cardinalibus in secreto Con-  
 sistorio manifestavit, eos ita allocutus:  
 „Minime Vos latet, quam longo, quam  
 „maturo & quam diligenti præhabito  
 „examine dudum, videlicet tempore  
 „sel. rec. Innocentii Papæ XII. Præde-  
 „cessoris nostri inchoato, ac deinde jussu  
 „nostro per plures annos continuato ac-  
 „cerrimas illas contentiones jam pridem  
 „inter Sinenses Missionarios exortas,  
 „semperque indies magis invalescentes,  
 „tam circa quasdam voces Sinicas ad  
 „sanctum & ineffabile Dei nomen ex-  
 „primendum inibi usurpatas, quam  
 „circa nonnullos earum gentium ritus,  
 „veluti supersticiosos a quibusdam ex  
 „Missio-

Sæc. XVIII. „Missionariis prædictis reprobato:  
A. C. 1719. „aliis vero, utpote eos civiles tantum  
 „asserentibus, permisso Apostolice  
 „dicii censura dirimere studuerimus,  
 „ita sublatis diffidiis Christianæ Re-  
 „gionis Catholicæque fidei propagatio-  
 „nem turbantibus, omnes tandem  
 „ipsum dicerent in eodem sensu, &  
 „eadem sententia unoque ore gloriari  
 „caretur Deus ab iis, qui sanctificati sunt  
 „in Christo Jesu. Similiter nec igno-  
 „ritis, quot quantisque studiis atque la-  
 „boribus illa nova, quæ his peractis  
 „inimicus homo superfeminavit, Zelo-  
 „zania, ut eorum, quæ a Nobis hæc  
 „re decreta fuerunt, observantiam  
 „luderet, evellere curaverimus, ea  
 „mirum ante quatuor annos edita Con-  
 „stitutione, quæ decreta hujusmodi  
 „acte, integre, atque inviolabiliter  
 „servari præcepimus, quibuscunque  
 „tionibus, seu excusationibus ad illa  
 „rum executionem declinandam alle-  
 „amplissime rejectis. Nostis præterea  
 „quæ & quanta elapso anno ex Sincera  
 „rum partibus nuntiata fuerint de  
 „vis inibi excitatis turbis, postquam  
 „memorata nostra Constitutio vix illi  
 „pervenerat, nostis difficultates, impe-  
 „dimenta, discrimina, quæ istius pro-  
 „mulgationi intercesserunt. Nostis  
 „nas, ærumnas, perturbationes,

„versus Europeos omnes, ac potissimum Sæc. XVIII.  
 „Evangelii præcones exortas. A. C. 1719.  
 „demum, quinam vulgatus fuerit ru-  
 „mor de Sinensis Imperatoris indigna-  
 „tione, susceptoque inde non inani me-  
 „tu, quod ex universo illius imperio  
 „Missionarii omnes quamprimum eji-  
 „ciendi essent, simulque illic gravibus  
 „indicendis pœnis Christianæ legis non  
 „tantum prædicatio, sed etiam profes-  
 „sio omnino inhibenda esset. Placuit  
 „nihilominus Patri Misericordiarum &  
 „Deo totius consolationis, qui conso-  
 „latur nos in omni tribulatione nostra,  
 „non modicum hoc anno angustiis no-  
 „stris levamen afferre: ex una siquidem  
 „parte videlicet charissimi in Christo  
 „filii Joannis Portugalliæ & Algarbio-  
 „rum Regis illustris nomine certiores  
 „facti sumus, Regem ipsum suis India-  
 „rum Administris, ac potissimum Goa-  
 „nis & Machaonensibus, pro perspecta  
 „illa, ac ubique gentium celebrata pie-  
 „tate sua, districtè mandaturum esse,  
 „ne ullum executioni supradictæ nostræ  
 „Constitutionis impedimentum interpo-  
 „nant, & si quod forte hætenus in-  
 „terpositum fuisse contingeret, sedulo il-  
 „lud removeri curent, ut eadem nostra  
 „Constitutio integrum suum & plena-  
 „rium, ut par est, sortiatur effectum.  
 „Ex alia vero parte, nempe ex ipso Si-  
 „na

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

S

„na

Sæc. XVII. „narum imperio novissime accepimus  
 A. C. 1719. „longius in præsens abesse pericula illa  
 „quæ ibidem superiori anno Christiana  
 „legis professoribus imminere affereba-  
 „tur. Quin imo iuste a nobis spera-  
 „posse, ut quivis eorum timor profus  
 „abscedat, ubi celeri in eas partes  
 „legatione alicujus pii, prudentis, et  
 „que illic summopere exoptati Aposto-  
 „lici Administri illius Imperatoris be-  
 „nevolentiam Nobis uberius concilia-  
 „studeamus, simulque illius Aposto-  
 „Administri strenua solertique opera  
 „inter Evangelicos earundem partium  
 „Operarios, quorum ceteroquin in pro-  
 „movendo Christi Regno labores ma-  
 „gnam in Domino laudem promerentur  
 „Spiritus ille pacis, mutuxæque chari-  
 „tatis diligenter foveatur, atque exci-  
 „tetur, qui eorum vocationi maxime  
 „convenit, quique accuratissime a No-  
 „bis hactenus illis commendatus fuit  
 „atque etiam de cetero enixe commen-  
 „dabitur. Hunc propterea in finem  
 „insuper ut certi reddamur, quod  
 „dem Evangelici Operarii præfata  
 „Constitutionem nostram, quemadmo-  
 „dum interposita jurisjurandi religio-  
 „se se omnes obstrinxerunt, re ipsa ob-  
 „servent, ac nihilominus ministerium  
 „suum fideliter & cumulate obeant, ne  
 „illud obire a quoquam impediatur

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

„Divino prius per Nos diuturnis atque  
 „accuratis precibus invocato præsidio  
 „habitaque super præmissis cum parti-  
 „culari congregatione Fraternitatum  
 „vestrarum negotiis propagandæ fidei  
 „præpositarum deliberatione matura,  
 „virum aliquem morum integritate, pie-  
 „tate, doctrina atque prudentia præ-  
 „stantem visitatorem Apostolicum cum  
 „potestate legati de latere ad imperium  
 „Sinarum, aliaque finitima Indiarum  
 „orientalium Regna, unacum congruo  
 „non modo selectorum Missionariorum,  
 „sed etiam aliorum non vulgari bona-  
 „rum artium & laudabilium disciplina-  
 „rum peritia excellentium virorum co-  
 „mitatu quam primum mittere consti-  
 „tuimus. Ipsi vero sic a Nobis mitten-  
 „do Visitatori consilium cepimus præ-  
 „scribendi, ut unacum suis sociis ea  
 „utens facultate, quam sel. rec. Pau-  
 „lus V. Urbanus VIII. & Clemens X.  
 „Romani Pontifices Prædecessores no-  
 „stri per suas hac in re editas Apostoli-  
 „cas literas, non modo Episcopis, &  
 „Vicariis Apostolicis, sed etiam quibus-  
 „vis Presbyteris sive sæcularibus, sive  
 „regularibus cujuscunque Ordinis & in-  
 „stituti, imo etiam laicis ad Indias orien-  
 „tales & partes Sinarum accedentibus  
 „amplissime concesserunt, suum scilicet  
 „iter & navigationem per quascunque  
 „vias

S 2

„vias

Sæc. XVIII. „vias sibi bene visas suscipiendi libere  
A. C. 1719. „per Lusitaniam proficiscatur, atque in  
 „de navigationem ad Sinas suscipiat  
 „Hanc porro deliberationem hac via  
 „amplexi sumus non eo quidem animo  
 „ut in usum revocemus antiquiora  
 „decreta, quibus Religiosi viri orien-  
 „tum mendicantium ad partes orien-  
 „tis, ut inibi sanctum Evangelium præ-  
 „dicent, profecturi aliam, quam Lusitaniae  
 „viam tenere prohibebantur  
 „adeoque Missionariis & Ministris Apo-  
 „stolicis illam adimamus libertatem  
 „quam præfatæ recentiores Pontificum  
 „sanctiones ipsis indulgent per quas  
 „que alias, quas maluerint, vias illas  
 „proficiscendi, multoque minus eo con-  
 „silio, ut visitatori Apostolico nunc  
 „tendo, ac ei adjungendis Missionariis  
 „a quoquam impetremus, vel etiam  
 „ipsis tribui patiamur licentiam ullam  
 „aut permissionem obeundi in Sinarum  
 „imperio, aliisque Indiarum orient-  
 „alium Regnis Ministerium, quod  
 „injunximus, cum omnibus satis præ-  
 „spectum atque exploratum sit Romani  
 „Pontificem supremam & independen-  
 „tiam pro spirituali animarum reg-  
 „mine in universo terrarum orbe  
 „autoritatem habere, nec ad mittendos  
 „Operarios, qui religionem Christianam  
 „fidemque Catholicam apud infideles

„prædicent, annuntient, roborent, & Sæc. XVIII.  
 „promoveant, ullius fidelis vel infide- A. C. 1719.  
 „lis, cujusvis status, gradus, conditio-  
 „nis & dignitatis etiam Regiæ existat,  
 „licentia vel consensu indigere. Ejus-  
 „modi autem consilium ea duntaxat  
 „ratione inivimus, ut memorati Visi-  
 „tatoris opera debitas Regi Portugal-  
 „liæ gratias agamus, quod opem, præ-  
 „sidiumque suum pro felici hujus expe-  
 „ditionis nostræ eventu benigne Nobis  
 „obtulerit, ac ipsemet Visitator, ejus-  
 „que socii Regii patrocinii fructum &  
 „commoda experiri incipiant, unde om-  
 „nibus perspectum reddatur Joannem V.  
 „Portugalliæ Regem constanti sua erga  
 „Apostolicam Sedem reverentia a stu-  
 „dio plane filiali, minime vinci vo-  
 „luisse a clarissimis Majoribus suis in-  
 „clitæ memoriæ Regibus, qui non tam  
 „bellorum contra infideles fortiter ge-  
 „storum gloria, ac orthodoxæ Religio-  
 „nis fere ultra solis, annique vias pro-  
 „pagatione, quam fideli, strenuaque  
 „ejusdem Religionis tutela magnam  
 „apud homines laudem & majora a-  
 „pud Deum optimum maximum sibi  
 „merita pepererunt. Cæterum, quo  
 „idem Visitator majori cum honorifi-  
 „centia ad Dei gloriam animarumque  
 „pretiosissimo Domini nostri Jesu Christi  
 „sanguine redemptarum salutem tan-

Sæc. XVIII. „to sibi a Nobis demandato Ministe  
 A. C. 1719. „fungi valeat, Patriarchali eum titulo  
 „decorare intendimus celeberrimæ Ec-  
 „clesiæ Alexandrinæ, quæ scilicet ju-  
 „optimo a primis Christianæ Religio-  
 „nis temporibus, tanquam peculiari  
 „hæreditas Beatissimi Apostolorum Pri-  
 „cipis haberi meruit, quippe qui pe-  
 „suum in Christo filium Evangelista-  
 „Marcum, ejusque salutarem sacrosancti  
 „Evangelii prædicationem sibi illam  
 „comparavit, unde eam Ecclesiam Ale-  
 „xandrinam merito primam post hanc  
 „Romanam fuisse constat usque ad La-  
 „teranense Consilium sub Innocentio III.  
 „qui subinde ejusmodi honorem Ecclē-  
 „siæ contulit Constantinopolitanæ.

His ita expositis declaravit, quod  
 Carolus Ambrosius Mediobarbum, se-  
 Mezzabarbam annos natum triginta  
 quatuor, Presbyterum, Juris utriusque  
 que Doctorem, & in utraque Signaturæ  
 Referendarium, olim Provinciæ Saba-  
 nensis Governatorem, tanquam Vilitate  
 torem Apostolicum cum potestate Lega-  
 ti a latere ad Sinarum, aliaque Ori-  
 entalium Indiarum Regna decernere  
 eumque Patriarchali Alexandrinæ Ec-  
 clesiæ præficere statuerit; hanc enim  
 provinciam Borgias Nocerensis Episcopi  
 scopus acceptare recusaverat.

§. XXXIV

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XXXIV.

*Carolus Ambrosius Mediobarbus Patriarcha Alexandrinus, Legatus & Visitator Apostolicus Roma Sinas profectus.*

Cum PP. Antonius Beauvoiller & Castoran.  
Antonius Barros Jesuitæ, quos not. in Bull.  
Sinarum Imperator ad deferenda quæ. Bened. XIV.  
dam ejus ad Papam mandata circa Ri- S. II. 35.  
tus & Missiones illius Imperii Romam Vid. supra  
ablegaverat, misere naufragio periis- l. 213 §. 123.  
sent, & P. Raymundus de Arxo & t. 67. p. 492.  
P. Josephus Prouana itidem Jesuitæ ad Vid. supra  
revocandum Pontificis decretum sub- t. 69. p. 125.  
inde eo ab Imperatore missi in reditu 643.  
suo morte sublatis essent, necnon Carolus  
Castoranus post multas ærumnas Pon-  
tificis Constitutionem contra Ritus ad  
suum Episcopum re infecta non sine sui  
injuria, ut ipse scribit, deferre jussus,  
eam deinceps promulgare prohibere-  
tur, ad urgendam hujus Bullæ obser-  
vantiam summus Pontifex ineunte hoc  
anno duos Religiosos Viros Missionarios  
ad Imperatorem tanquam Apostolici  
Legati sui Præcursores isthic amanda-  
vit. Ineunte vero Mense Septembri  
Carolus Ambrosius Mediobarbus tan-  
quam Apostolicum Legatum ac Visita-  
torem Alexandrini Patriarchæ digni-  
tate

S 4

tate

Sæc. XVIII. A. C. 1719. tate auctum unacum aliis viginti novem Missionariis, necnon Marchionissam Be-  
 densensem sacra Synaxi communivit: Post  
 lo post idem Legatus Roma Ulyssipona  
 Mense Octobri discessit, & cum aliis  
 Sociis iter aggressus est. Ex his præ-  
 cipui erant Antonius Nanckinenfis Episcopus,  
 qui tamen Legatum serius contumaciter  
 tigit, Roveda, Fabri, P. Vianni Serrata,  
 qui Legato a Confessionibus erant  
 Thomasinus Sacerdos ex Congregatione  
 Clericorum Minorum, qui eidem Legato  
 a secretis erat, Calchi, & P. Raymondus  
 a S. Maria ejusdem Legati Theologus  
 Carmelita Discalceatus, & tunc Prælector  
 Polemicæ in Romano Missionum Seminario  
 unacum suo sociis P. Wolfgango a Nativitate  
 Virginis ejusdem Ordine. Hujus Legati  
 adventum omnes Præsules ac Missionarii  
 Pontificiis decretis obtemperantes eo  
 avidius præstolabantur, quo certius  
 turbidas Missionum res tam celeberrima  
 opera tandem ad pristinam tranquillitatem,  
 & Apostolici Ministerii libertatem revocandas  
 sperabant: Hos inter præsertim Claudius  
 Visledou Jesuitæ Episcopus Claudiopolitanus,  
 atque Apostolicus Provinciae Queicheu  
 Vicarius, susceptum a Papa consilium  
 generalem Visitatorem in Sinas iterum  
 ablegandi pergratum habuit; se enim

*Du Halde  
 Describe.  
 Imp. Sin.  
 t. 3. sect. I.  
 p. 178. ad-  
 dit. Mosh.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

juncta cum illo opera suæ Diæcesis Re-  
fractarios ad obsequium longe facilius  
reducturum confidebat; quamvis enim  
ipse Pontificiæ Constitutionis executio-  
nem etiam injunctis censuris urgendi  
potestatem a summo Pontifice iteratis  
litteris obtinisset, refractarios tamen,  
etsi ejusdem cum ipso instituti essent,  
nec minis, nec precibus in officio con-  
tinere poterat: Hi enim ad eludendam  
obedientiam in promptu semper varios  
habebant obtentus, ac modo Missiona-  
rios de re Sinica magis instructos ex-  
pectandi necessitatem prætexebant, mo-  
do causam in S. Officii Tribunali pen-  
dere, ejusque decisionem esse præsto-  
landam, nunc vero hujus Episcopi ju-  
risdictionem sese duntaxat ad Claudio-  
polititanam Ecclesiam extendere causa-  
bantur (\*).

S 5 Epi-

(\* Enimvero P. Florianus Bahr S. J. in novissi-  
mis suis Sinensibus notitiis pag. 123. ut Patris  
de Halde Historiæ Interpretem de gravi hal-  
lucinatione convinceret, & ea, quæ de hoc  
Episcopo retulit, de falsitate postularet,  
hæc addidit, *quid Domini Visledou spes & de-  
siderium cum Sinensis Legati itinere? Domi-  
nus Visledou erat Pondischerii, & Mezzabarba  
prosciscabatur Peckinum, locum ab altero vix  
non medii orbis distantia remotum . . . Insu-*  
per

Sæc. XVIII. Episcopi dexteritate, & auctoritate

A. C. 1719. cræ Sedi in hoc negotio proficua

fidebat Pontifex, quapropter eadem  
die trigesima Septembris novi Legati  
expeditionem significans, has dedit Li-  
teras: „Compertum usquequaque  
„bentes eximium fraternitatis tuæ  
„lum, quem præ cæteris piæ memoriæ

*per quid hic Episcopus ad obtinendam Pon-  
fici decreti obedientiam conferre potuisset, ut  
in Sinas nullam haberet Jurisdictionem, et  
demandatam Provinciam unquam exerceret? U-  
nis confidenter hæc plane dicuntur; et  
forte hic Author credidit, nemini unquam  
compertum fore, quod hic Episcopus in Pro-  
vincia Sinensi, quæ in Sinis sita a Peking  
nequidem centum leucis distat, egerit & Vicarius  
Apostolicus Provinciæ Queicheu in Sinis  
Imperio, & Administrator Provinciæ  
guang pariter in Sinis fuerit, suamque Juris-  
dictionem in Sinis exercuerit? Num summi  
Pontifici medii orbis distantia fuit ignota,  
tamen in suis literis ad hunc Episcopum  
tis eum rogabat, ut ubi Mezzabarba  
triarchæ Visitatori ISTHUC appellere datum  
salubria monita eidem tradere velit. Dato  
tiam, quod hic Episcopus Pondicherii moratus  
fuisset, nonne & Tournonius Cardinalis Pon-  
num profecturus, Ponticherium venerat,  
demque suum decretum contra Ritus & Jera-*

„Cardinalis de Tuornon non semel præ- Sæc. XVIII.  
 „cipuis laudibus apud nos extulit, ma- A. C. 1719.  
 „gnopere tibi gratum fore non dubi-  
 „tamus, quod implorato prius enixis  
 „precibus cælestis gratiæ lumine, at-  
 „que præsidio, tandem executioni  
 „damandaverimus susceptum jam du-  
 „dum a Nobis consilium generalem Visi-  
 „tatores in Sinas iterum ablegandi,  
 „ut per eum luculentam Pontificiæ No-  
 „stræ benevolentiam, & existimationis  
 „significationem Sinensi Imperatori præ-  
 „beamus, simulque curemus, ut ipse  
 „vicissim Missiones illas eadem deinceps  
 „animi humanitate respicere pergat,  
 „qua

edidit, non prohibente mediæ Orbis distan-  
 tia. Ast hanc Interpretis notam P. Florianus  
 facile concoquere potuisset, nisi in arenam pro-  
 duxisset talem Episcopum, qui quamvis Je-  
 suita fuisset, nihilominus tamen suis Sociis  
 Pontificiæ Constitutioni pertinacius resisten-  
 tibus sese tanquam validum murum opposuit,  
 Vid. supra tom. 67. p. 302. 768. & tom. 68. pag.  
 368. Verum Pater Bahr hujus Præsulis Zelo  
 confestim minerval dependit, dum eum am-  
 bitionis inculcat pag. 123. his verbis: *Si D.  
 Visledou suum Institutum majore affectu pro-  
 secutus fuisset, majoremque obedientiam suis  
 Superioribus exhibuisset, tunc nunquam ad  
 immaturum Episcopalis dignitatis ambitum pro-  
 lapsus*

Sæc. XVIII. „qua eas antea fovere ac juvare consue-  
 A. C. 1719 „verat, quatenus Evangelici Operam  
 „omnimoda ut prius, prædicantibus  
 „sanctæ legis libertate potiri, fore  
 „que palam officio perfungi valeant, non  
 „tamen interea Constitutionem, quam  
 „super Ritibus seu cæremoniis Sinen-  
 „sis

*lapsus fuisset. Hoc de eo dicit, nullo tamen  
 verbo probat: ejusmodi autem colore Jesu  
 qui Pontificii decreti observantiam urgebat  
 depingere, eidem P. Bahr familiare est; ibidem  
 enim de P. Fouquet Jesuita, qui, licet apud  
 Sinas diu versatus, veritatem suismet oculis  
 inspexisset, quia tamen de rituum prohibitorum  
 superstitione contra Confratres suos testifi-  
 cationem perhibuit, ab eodem P. Bahr hoc esse  
 honorari meruit fol. 129. P. Fouquet erat  
 pro domo sua, propriusque sui Advocatus  
 ne enim ob suam in sacra vocatione incorrupti-  
 tiam reprehenderetur, nec ambitiose sibi  
 ad altiores dignitates parasse accusaretur, et  
 scientiæ anxietatem circa ritus Sinenses simul  
 hocque spurio veritatis splendore privata  
 commoda honestate nitebatur, eo ferme modo  
 nonnunquam quispiam Philosophus falsam  
 opinionem tanquam veram per integram vitam  
 propugnat, Et tamen in disputationis fine  
 tympanorum tubarumque concentus festivas  
 tulationes excipit, uti forte cuidam Jesuitæ  
 SS. Canonum Professori Ratisbonæ An. 1719  
 contigit.*

„bus ante quatuor annos promulgavi- Sæc. XVIII.  
 „mus, inconcusse observare, quod & A. C. 1719.  
 „ab aliis quibusvis religionem Chri-  
 „stianam illic profitentibus accurate  
 „præstandum erit, ullatenus prohibean-  
 „tur. Hoc itaque generalis Visitatoris  
 „Apostolici munus cum amplissimis fa-  
 „cultatibus, etiam nostri, & hujus  
 „sanctæ Sedis de latere Legati in Sina-  
 „rum, aliisque Indiarum Orientalium  
 „Regnis & Insulis demandavimus Ve-  
 „nerabili Fratri Carolo Ambrosio Pa-  
 „triarchæ Alexandrino, cui non vul-  
 „garia generis animique ornamenta,  
 „sed perspecta imprimis pietas cum sin-  
 „gulari prudentia, doctrina atque in-  
 „tegritate conjuncta paternam nostram  
 „charitatem & existimationem summo-  
 „pere conciliarunt. Illud etiam præter  
 „prædicta Mandata, & alias omnes  
 „curas, quæ gravissimum eidem Pa-  
 „triarchæ Visitatori a Nobis commis-  
 „sum ministerium necessario consequen-  
 „tur, ipsi quam enixe commendavimus,  
 „ut omni adhibito conatu inter illos  
 „Apostolicos Missionarios restitui atque  
 „firmare studeat illum spiritum pacis,  
 „& fraternæ concordæ, qui eorum vo-  
 „cationi maxime convenit, quemque Nos  
 „non sine maximo animi nostri dolore  
 „plurimum in eis deferuisse novimus,  
 „& ex hac potissimum origine Missionis  
 „Si-

Sæc. XVIII. „Sinicæ detrimenta infeliciter prodita  
A. C. 1719. „haud obscure coniecimus . . . Cum  
 „probe intelligamus, quam salubria me-  
 „rita, atque consilia hunc ipsum in so-  
 „pum præfato Legato tradi a Te possint  
 „ob spectatam virtutem, prudentiam  
 „que tuam, tum etiam ob diuturnum  
 „quo polles, rerum Sinicarum usum  
 „ut reipsa & cumulate id facias, verum  
 „quidem, *ubi prædicto Patriarchæ ipsi*  
 „*appellere datum sit*, fin minus scripto  
 „a Te efflagitamus. Præterea cum  
 „Nobis innotuerit, Te, dum in Sini-  
 „rum Imperio versabaris, jussu memo-  
 „rati Cardinalis de Tournon nonnullis  
 „scripsisse egregios tractatus de moribus  
 „legibus, ac ritibus Sinensibus, quos  
 „maxime conducere posse audivimus  
 „demonstrandæ soliditati illarum ratio-  
 „num, quibus, quæ in nostra Constitutio-  
 „tione sancivimus, innituntur, summa  
 „perere cupimus, ut eadem opuscula in-  
 „tegra conscripta & a Te subsignata  
 „ad Nos mittantur. Demum cum No-  
 „bis plurimum cordi sit, ut Decreta se-  
 „per ritibus Malabaricis a prædicto Car-  
 „dinali de Tournon edita observentur,  
 „injungimus Tibi, ut eorum executio-  
 „nem diligenter promoveas &c.,”

## §. XXXV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

*Summi Pontificis Epistola ad Sinen-  
sum Imperatorem circa Legati  
Apostolici Adventum.*

Cum autem totus prosperæ legationis  
successus ab Imperatoris Sinenfis  
favore ac benevolentia dependeret, hinc  
Pontifex eundem sibi, suoque Legato  
honorificis obsequiis donisque propi-  
tium reddere adlaborabat, eoque fine  
ipsum sequentibus literis die trigesima  
Septembris peramanter honorabat:

*Epist.  
Clem. XI.  
p. 2363.*

*Illustris, ac potentissime Imperator,  
salutem & lumen Divinæ gratiæ.*

„Aliis nostris in simili forma Brevis  
„die 30. Januarii proxime præteriti  
„datis literis sollicitam tibi significavi-  
„mus curam, in qua tum versabamur  
„exequendi quanto citius fieri potuisset  
„susceptum jamdudum a Nobis confi-  
„lium istas in partes mittendi illustrem  
„aliquem Præsulem titulo ac insignibus  
„Apostolici nostri Legati decorandum,  
„ut solemnem ejusmodi expeditionem no-  
„vum atque præclarum tibi præbere-  
„mus argumentum veteris nostræ de  
„tua amplissima dignitate existimatio-  
„nis,

Sæc. XVIII. „nis, multoque magis de præstanti- „  
 A. C. 1719. „mis excelsi animi tui dotibus, quarum „  
 „caussa apud omnes Orbis nationes „  
 „in nostra præsertim Europa clarissimum „  
 „tuum nomen summis laudibus extol- „  
 „tur, ac celebratur, tum etiam, „  
 „per eundem Præsulem Tibi luculentè „  
 „explicaremus præcipuum & constantè „  
 „quod fovemus, desiderium quacumque „  
 „oblata opportunitate, quoad Nobis „  
 „cuerit, obsecundandi votis tuis, adeo „  
 „que promerendi, ut tu vicissim con- „  
 „suetu Nos tua benevolentia respiciere „  
 „nostrosque Apostolicos Missionarios „  
 „benigno tuo patrocínio tueri pergeres „  
 „quemadmodum uberius ex memoratis „  
 „nostris literis intellexeris, quas multo „  
 „antequam præsentem ad Te perferant „  
 „tibi reditas fuisse confidimus a do- „  
 „ctis Religiosis viris Missionariis, qui „  
 „sub labentis anni initium tanquam „  
 „Legati nostri præcursores isthuc „  
 „mandavimus. Eundem porro legatum „  
 „sublatis tandem, quæ illius expecta- „  
 „tioni tamdiu intercessere, magnis „  
 „multiplicibus impedimentis, alacris „  
 „lætoque animo ad Te nunc ablegamus „  
 „Delegimus ad hoc munus venerabilem „  
 „Fratrem Ambrosium Carolum Me- „  
 „diobarbum Patriarcham Alexandrinum „  
 „num, generis non minus, quam „  
 „tutum fulgore conspicuum, qui easdem „  
 „

„præsentes nostras literas tibi reddet. *Sæc. XVIII.*  
 „Simulque plures non vulgari bona- *A. C. 1719.*  
 „rum artium, & scientiarum peritia  
 „excellentes viros, quos jussu nostro  
 „secum ducit, tuo obsequio addicet.  
 „Eidem insuper commisimus, ut partes  
 „Superioris, & Visitatoris istarum Mis-  
 „sionum suscipiat ac obeat, illudque  
 „potissimum strenue curet, ut inter Mis-  
 „sionarios nostros solida ac sincera pax  
 „animorumque conjunctio ita coalescat,  
 „atque firmetur, ut eorum caussa nul-  
 „lam unquam in Imperio tuo perturba-  
 „tionem accipias: minime autem du-  
 „bitamus, quin ipsum Legatum nostrum  
 „insita Tibi benignitate, quemadmo-  
 „dum a te petimus, excepturus sis,  
 „ac vicissim pro explorato habemus  
 „illum, sicut ei injunximus, sedulo at-  
 „que fideliter tibi expositurum esse illas  
 „rationes, quæ Nos, ut superius in-  
 „nuimus, ad ipsius expeditionem im-  
 „pulerunt. Primum tamen omnium plu-  
 „rimas ille Tibi nomine, mandatoque  
 „nostro habebit gratias duorum illu-  
 „strum eximiae moderationis exemplo-  
 „rum, quæ non ita pridem intuitu no-  
 „stro edidisti, quæque, ubi quodcumque  
 „aliud Nobis deesset argumentum ad ple-  
 „ne declarandam non minus excelsam  
 „magnanimitatem, quam prudentiam,  
 „æquitatem & sapientiam tuam plane  
*Hist. Eccles. Tom. LXX. T sin-*

Sæc. XVIII. „singularem, satis superque suffice  
 A. C. 1719. „rent. Alterum ex his tunc contigit  
 „cum ante tres annos Europæis nostris  
 „Christianæ Regis professoribus  
 „apud te insimulatis, quod turbas exci-  
 „tarent, seditionesque in amplissimo tu-  
 „imperio molirentur, quinimo ipsi  
 „Missionarii Evangelii præcones, cum  
 „obtentu sanctæ legis prædicandæ, co-  
 „pias conficere conarentur eum in fo-  
 „pum, ut conjunctis internis, externis  
 „que viribus contra jus fasque aliquan-  
 „ex tuis terris, seu regionibus occupa-  
 „rent, tametsi ad extrema quæque  
 „iplos decernenda a tuis tribunalibus  
 „citareris, iis tamen auscultare  
 „nuisti, & quacunque duriori delib-  
 „ratione suspensa, te non minus delato-  
 „nis calumniam quam delatorum inno-  
 „centiam acerrimo solertique ingenio  
 „tuo probe cognovisse ostendisti, Quo-  
 „etsi justitiæ actus fuerit a te reddi-  
 „profitentibus religionem, quæ  
 „modo injusta id genus, ac enormis  
 „facinora execratur, sed eam aper-  
 „doceat atque præcipiat reverentia  
 „subjectionem ac fidem erga Principem  
 „illius potissimum Præcones obstringi  
 „ut hisce ipsis sensibus atque dogma-  
 „bus alios erudiant, præclaro tamen  
 „facto voluntatem nostram tibi magis  
 „rem in modum, & usque adeo

„vixisti, ut ejus memoria nunquam  
 „ex animo nostro delenda sit. Interim Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
 „vero persuasum ac penitus exploratum  
 „habere Te cupimus, neminem tibi fi-  
 „deliorem, addictiorem, tuaque ad obse-  
 „quia, quocunque tempore paratiorem  
 „fore Europæis Christianis, illisque præ-  
 „sertim, qui ad sanctam legem docen-  
 „dam a Nobis isthuc mittuntur; hoc  
 „etenim nedum ab ipsamet, quam profi-  
 „tentur lege, verum etiam a Nobis di-  
 „serte, strictissimeque illis injungitur  
 „atque mandatur. Aliud egregiæ tuæ  
 „moderationis exemplum tunc dedisti,  
 „cum postquam ante plures annos ad  
 „Nos ablegasses viros religiosos Anto-  
 „nium Barros, & Antonium Beauvo-  
 „lier, ac subinde alios itidem Religio-  
 „sos viros, nempe Josephum Provana,  
 „& Raymundum de Arxo, ut quædam  
 „eis a te mandata Nobis exponerent,  
 „nullumque postmodum de ipsis nun-  
 „tium accepisses, nec quid ii apud Nos  
 „egissent, ulla ex parte significatum  
 „Tibi fuisset, tametsi non deessent, qui  
 „malevolo in Nos animo nequiter Tibi  
 „suaderent ejusmodi eventum incuriæ  
 „nostræ, & forsân etiam dignitatis tuæ  
 „contemptui, ac despicientiæ tribuen-  
 „dum esse, adeoque auctores Tibi  
 „forent, ad ea in nostros Missionarios  
 „statuenda, quæ certe præter modum

T 2

„No-

Sæc XVII. „Nobis acerba accidissent, nihil  
 „A. C. 1719. „nus ab omni Nobis molesto consilio  
 „Tibi perhumaniter temperasti, quin  
 „mo aliis super alias constitutis in  
 „ciis, ut quid vera memorati eventus  
 „caussa fuisset, explorete cognoscere  
 „res; palam testatum fecisti, Te de  
 „bis ita sentire, ut judicaveris in  
 „cadere minime potuisse culpam ad  
 „alienam ab sublimi illo honoris  
 „pretii loco, quem semper apud Nos  
 „obtinuisti & adhuc obtines. Quod  
 „riter, quamvis tuæ erga Nos justitiam  
 „actus fuerit, novo tamen & arctissimo  
 „vinculo humanitati tuæ adeo Nos ob  
 „strinxit, ut hoc peculiari Nomine ge  
 „tum memoremque animum nostrum  
 „quoad vita suppetet, Tibi præstare  
 „quam prætermisuri simus. Affirma  
 „autem in genere Nobis liceat in  
 „quod de Nobis hac in re tulisti,  
 „dicio te nullatenus deceptum fuisse  
 „quoniam, ut priusquam hæ tibi literæ  
 „reddantur, facile intellexeris antea  
 „dicti Antonius Barros, & Antonius  
 „Beauvolier, dum in Europam tendere  
 „rent, naufragio facto misere interierunt  
 „adeoque nedum ad hanc almam Universitatem  
 „bem sed neque etiam ad Italiam per  
 „pellere potuerunt, illis proinde ad  
 „nense imperium reverti non licuit.  
 „mandatorum, quæ iis injunxeras, Tibi  
 „ratio

rationem redderent, nullumque Nos Sæc. XVIII.  
 responsum tradere poteramus ad ea, A. C. 1719.  
 quæ prorsus ignorabamus, quæ ab  
 ipsis nunquam Nobis significata fue-  
 runt. Quod autem ad Josephum Pro-  
 vana, & Raimundum de Arxo atti-  
 net, ipsi quidem Romam feliciter per-  
 venerunt, & ex iis alter, nempe se-  
 candus, expletis una cum primo man-  
 datis tuis, dudum hinc discessit istas  
 in partes rediturus, & ubi iter pro-  
 spere conficere, tuumque in conspe-  
 ctum venire illi datum fuisset, ea for-  
 san nostris verbis tibi explicasset, quæ  
 eximix mentis tuæ æquitati usque-  
 quaque satis fecissent: sed ipse simi-  
 liter, dum iter institutum isthuc pro-  
 sequeretur, lethali interceptus ægri-  
 tudine in Hispaniis vitam cum morte  
 commutavit, Joseph vero Provana,  
 qui variis gravibusque impeditus mor-  
 bis in Italia constitit, & ab iis diu  
 inibi permanere coactus fuit, ferendis  
 tum longæ atque arduæ profectionis  
 incommodis prorsus impar, adhuc  
 ibidem moram traheret, nisi vigor il-  
 lius animi, ac fervens imprimis, quo  
 tenebatur, desiderium tuæ voluntati  
 obsequendi, languido ejus corpori  
 robur ac vires addidissent, quibus suf-  
 fultus, ac erectus iter isthuc agredi  
 posset, quemadmodum ante plures  
 T 3 „Men-

Sæc. XVIII. „Menses alacriter ac strenue quibus  
 A.C. 1719. „cunque contemptis periculis aggressus  
 „fuit. Satis id fore arbitramur, ut per  
 „spicue dignoscas consilium, a Te me  
 „gnanimæ tuæ indolis instinctu solum  
 „tum quibuscunque aliis causis  
 „tius quam culpæ nostræ, adscribere  
 „retardatum tuorum ablegatorum  
 „Sinas reditum, justitiæ tuæ profectum  
 „consentaneum extitisse. Cæterum  
 „præfatus Josephus Provana sospes,  
 „incolumis ad Te perveniet, quod  
 „feliciter contingat, divinam clemenci-  
 „tiam obsecravimus & assidue obsecra-  
 „non omittimus, ille fese tibi expo-  
 „cabit, qua sedulitate, maturitate,  
 „que diligentia ea omnia expendere  
 „mus, quæ ab eo ejusque socio No-  
 „tuo nomine propolita fuerunt, ac  
 „mul quam justo, maturoque judicio  
 „super iis congruas iniverimus delibe-  
 „rationes quæ etiam ab ipso usque  
 „quaque probatæ & commendatæ in-  
 „runt. Quoniam vero afflictâ nimis  
 „infirma valetudo, qua idem Religio-  
 „sus vir itineri se commisit, magnam  
 „Nobis injicit metum eventus, quæ  
 „ipse ejusmodi sui itineris habiturus  
 „eximiam idcirco benignitatem tuam  
 „impense rogamus, ut a memorato  
 „Patriarcha Alexandrino Legato nostro  
 „ea omnia audire digneris, quæ dicta

„Josephus Provana Tibi coram exponere Sæc. XVIII.  
 „deuisset. Paucis interea tibi denun- A. C. 1719.  
 „tiamus, eos omnes istius inclytæ Na-  
 „tionis mores, & ritus, quos Religionis  
 „nostræ institutis non aduersari compe-  
 „rimus, permisos a Nobis fuisse illis,  
 „qui istis in partibus eandem religio-  
 „nem susceperunt, vel de cætero susci-  
 „piunt: interdictum autem, quo ex op-  
 „posito eos mores & ritus minime pro-  
 „bavimus, quos cum eadem religione  
 „nostra congruere non posse credidi-  
 „mus, nunquam profecto displiciturum  
 „Tibi sane existimavimus. Cum enim  
 „ex incomparabili Clementia tua, cujus  
 „memoria Christianis in Annalibus æ-  
 „terna erit, tot abhinc annis solemn-  
 „decreto indulseris, atque permiseris,  
 „ut in tuis ditionibus, liberum cuicun-  
 „que foret Christianam legem profiteri,  
 „recte censere potuimus, a Te simul in-  
 „dultum, permillumque fuisse, quem-  
 „admodum alias Tibi perscripsimus, ut  
 „illis, qui in tuo imperio legem Chri-  
 „stianam fuerint amplexi, sicuti per-  
 „missum erat conformare se moribus  
 „huic instituto congruis, ita ab iis li-  
 „ceret e contra abstinere, quæ ab ea-  
 „dem lege dissentiant: Nimis enim ab  
 „egregia animi tui æquitate alienum  
 „esset, quod sancta nostra Religio in-  
 „signibus adeo gratiis ac præcipuis be-  
 „neficiis

Sæc. XVIII. „nesciis a Te cumulata deterioris esse  
 A. C. 1719 „conditionis, quam reliquæ aliæ in tu  
 „Imperio toleratæ Religiones, a que  
 „rum Professoribus nullatenus exquiri  
 „tur, ut accepimus, nec postulatur, a  
 „observent, nec ne mores ritusque Sa  
 „nicos, sed juxta eorum leges, & con  
 „suetudines quiete vivere permittun  
 „tur, dummodo iis, quæ Tibi debea  
 „tur, obsequiis non desint, qua fan  
 „in re Christianæ legis Professores, u  
 „diximus quoscunque alios omni tem  
 „pore superabunt. Age igitur pote  
 „tissime Imperator, Clementiam  
 „lam, qua sanctam legem hæcenus  
 „tanta cum nominis tui gloria per Im  
 „perium Tibi subjectum sine formidine  
 „prædicari indulxisti, nunc potissimum  
 „explica; illius præcones tuere, ac be  
 „nigno refove patrocínio. Eos, qu  
 „illam profitentur, a molestiis eripe  
 „compesce, qui illos conturbant. Ne  
 „que enim quidquam timendum est a  
 „iis, qui eam profitentur religionem  
 „quæ jubet fieri obsecrationes, orationes  
 „postulationes, & gratiarum actiones  
 „pro Regibus & omnibus, qui in subli  
 „mitate sunt, eisque debita obedientia  
 „fidei, ac devotionis officia exhibent  
 „quæ itidem non modo minime impre  
 „bat, quod ejus affectu grato ac me  
 „mori sint animo erga progenitores suos  
 „quæ

„quibus se plurimum debere intelligunt, Sæc. XVIII.  
 „sed potius districte præcipit filiis, ut A. C. 1719.  
 „omnem Parentibus honorem ac re-  
 „verentiam præstent, quatenus bene sit  
 „ipsis filiis & sint longævi super terram,  
 „quæ demum alia plurima præscribit  
 „publicæ felicitati, ac Principum quieti  
 „adeo opportuna, ut merito illorum  
 „tutelam, atque præsidium ei valeant  
 „conciliare. Quod superest, enixe a te  
 „requirimus, & obsecramus, ut eum-  
 „dem Patriarcham Alexandrinum Le-  
 „gatum nostrum prævalido tuo Patro-  
 „cinio tueri & quotiescunque opus fue-  
 „rit, in iis, quæ ad commissum illi a  
 „Nobis Ministerium recte obeundum  
 „pertinere possunt, benigne fovere, at-  
 „que juvare digneris, eique ipsam eam  
 „adhibere velis fidem, quam Nobis Te  
 „alloquentibus adhiberes, Tibique de-  
 „mum potentissime Imperator, peren-  
 „nem felicitatem cum diuturna in-  
 „colunitate conjunctam, ac lumen cæ-  
 „lestis gratiæ a Deo optimo maximo,  
 „per quem Reges regnant, ex animo  
 „postulamus. „

§. XXXVI.

*Litteræ commendatitiæ summi Pontifi-  
 cis ad diversos pro ejus Legato  
 benevole recipiendo.*

T 5.

Ut

Sæc. XVIII. Ut vero gravissimum non minus quam  
A.C. 1719. sumptuosum hujus Legationis

*Hist. contin.*  
*Chron. l. 17.*  
*pag. 756.*

gotium eo feliciter succederet, Clemens  
Papa incredibili sollicitudine omnia ob-  
stacula removere satagebat eoque fine,  
Carolus Mediobarbus Visitator ac Le-  
gatus Apostolicus demandatam sibi pro-  
vinciam ad exoptatum exitum deducere  
posset, Regum, Principum atque  
Episcoporum opem, & patrocinium in-  
pense implorabat: Præprimis igitur  
trigesima Septembris datis ad Joannem  
Lusitanæ Regem literis eidem signifi-  
cabat, se Carolum Ambrosium Patriar-  
cham Alexandrinum ad Sinarum atque  
Indiarum Orientalium Regna cum  
potestate Legati ac Visitatoris Apo-  
stolici eo fine ablegare, ut a Christianis  
in Imperio Sinarum degentibus dilige-  
ter & inconcussa serventur ea omnia,  
quæ in Constitutione circa ritus, & caeremonias  
Sineses edita præscribuntur, nec ea ser-  
vantes a quoquam impediuntur, quominus Christi-  
anæ legem libere profiteri ac prædicare possint.

Hinc, prosequeretur Pontifex, in  
jori, quo possumus animi nostri studio  
dem expeditionem, ejusque felicem eventum  
Tibi commendamus, illud idem profecto  
flagitamus, quod Te ipsum exoptare  
novimus. Age itaque, charissime in Christo  
Noster Fili memoratum Patriarcham  
more tuo benigne excipe.

Eadem die Pontifex Francisco Re-  
gis Lusitani Fratri & Marchioni de Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
Abrantes supplicabat, ut & ipsi hunc  
Legatum, ejusque comites ope, offi-  
ciisque suis juvare, eisque apud Lusi-  
taniæ Regem suffragari benigne velint:  
nec frustranæ erat Pontificis sollicita-  
tio; Rex enim pro expeditione hac  
promovenda suas naves promptissimo  
animo exhibebat. Eodem humanita-  
tis officio Pontifex præfata die com-  
mendabat eundem Legatum Sebastiano  
Archiepiscopo Goano, quem etiam hor-  
tabatur, ut hac ipsa occasione non modo  
hunc Patriarcham generis nobilitate,  
& virtutum ac scientiæ præstantia in-  
clytum congruis honorum significatio-  
nibus excipere, eumque in suo Mini-  
sterio omni studio juvare velit, sed e-  
tiam filialem suam erga hanc sanctam  
Sedem obedientiam, devotionem &  
„fidem palam & luculenter explicet,  
„atque insuper emendet, & corrigat,  
„quæ dudum ab ejus prædecessore ma-  
„gna cum omnium Christifidelium of-  
„fensione, nec minori cum sui nominis  
„& conscientiæ labe adversus Apo-  
„stolicam auctoritatem acta fue-  
„runt, quæque Pontifex propterea tan-  
„quam absurda, temeraria sacrisque  
„sanctionibus adversantia expresse im-  
„probavit, rescidit atque damnavit.  
„Dein

**Sæc. XVIII.** Dein eidem significabat Pontifex, quod

**A. C. 1719.** ideo hunc Legatum eo decrevisset, ut

certior per ipsum redderetur, quod Evangelici operarii in illis partibus de gentes Constitutionem super ritibus seu cæremoniis Sinensibus die 19. Martii 1715. editam, cujus initium est *Ex illa Dei*, reipsa observent, quemadmodum interposita jurisjurandi religione sese omnes obstrinxerunt, hinc perspicuum ejus Zelum excitandum duxerit, ac in præsens excitet, enixeque ab ipso insuper petat, ut quotiescunque opportuna se obtulerit Missionariorum itinera pertranseuntium occasio, ac præsertim per Suffraganeos Episcopos compromissiales ejus, in casibus ab eadem Constitutione ei commissis, exacte eam ab omnibus, atque inviolabiliter observari curet faciatque, ut illa, quantum in ipso erit, plenarium suum, atque integrum, ut par est, fortiatur effectum.

Insupera Bernardino Peckinensi Episcopo eundem Legatum debitis honorum, obsequii ac reverentiæ significationibus excipi non modo petebat, sed & illum ideo missum esse significabat, ut per hunc Legatum Sinarum Imperatori præclara ac sane luculentior Pontificiæ existimationis & Benevolentiae argumenta præbeat, adeoque promereri valeat, *ut ille vicissim, ita loque-*

bat

batur Pontifex *Missiones istas ea ipsa in* Sæc. XVIII.  
*posterum animi benignitate proseguere pergat,* A. C. 1719.  
*qua illos antea fovere ac juvare consueverat,*  
*ubi vero ob ea, quæ præteritis annis con-*  
*tigerunt, pristinum suum erga Evangelicos*  
*operarios studium aliquando remisit, illud*  
*intuitu nostro plene redintegrare ac firmiter*  
*instaurare dignetur, quatenus iidem ope-*  
*rarii omnimoda ut prius prædicandæ Chri-*  
*stianæ legis libertate potiri, suoque palam*  
*officio persungi possint: Nec tamen interea*  
*Constitutionem, quam super ritibus seu cæ-*  
*remoniis Sinensibus ante quatuor annos edi-*  
*cimus, inconcussa observare, quemadmodum*  
*et ab aliis quibusvis eandem Christianam*  
*legem isthuc profitentibus accurate præstan-*  
*dum erit, ullatenus prohibeantur, præter*  
*hanc præcipuam memorato Patriarchæ Vi-*  
*sitatori a Nobis injunctam curam, ac præ-*  
*ter alias omnes, quæ gravissimum ei imposi-*  
*tum Ministerium necessario consequentur,*  
*illud itidem impense, majoremque in modum*  
*ipsi commendavimus, ut omni adhibito stu-*  
*dio, ac ope inter istos Apostolicos Missio-*  
*narios omnino restitui ac stabiliri satagat spi-*  
*ritum illum pacis et fraternæ Concordiæ,*  
*quæ eorum vocationi maxime congruit, quem-*  
*que Nos sane, non parum in iis deseruisse*  
*summo opere doluimus, cum ex hac potissi-*  
*mo origine quæcumque evenerunt Missio-*  
*nis Sinicæ detrimenta infeliciter produsse*  
*haud obscure cognoverimus.*

Ejus-

Sæc. XVIII. A. C. 1719. Ejusdem ferme tenoris erant Pontificis Literæ eodem die ad Antonium Episcopum Lorimensem Vicarium Apostolicum Provinciarum Xensi, & Xanthi in Sinis datæ & die prima Decembris scriptæ Ludovico Episcopo Sabulensi Vicario Apostolico in Regno Siami, nec non Joanni Jacobo Episcopo Rosaliensi ejus Coadjutori, Joanni Episcopo Nemerensi Vicario Apostolico in Regno Tunchini, Thomæ Episcopo Nisseno ejusque Coadjutori: Francisco Episcopo Bugiensi Vicario Apostolico in Regno Coccinæ Marino Episcopo Tiliopolitano ejus Coadjutori, & dilecto Filio Francisco Guisa Electo Episcopo Lateranensi Vicario Apostolico in Regno Tunchini.

## §. XXXVII.

*P. Joannis Hardouini Jesuitæ Collectio Conciliorum, ejusque fata.*

*Dupin Bibl. nov. t. 19. pag. 109.* *Merc. Hist. Polit. Anno 1716. pag. 92.* *Niceron t. 6. pag. 373.* *Belingham Bibl. Franc. l. 30. Part. I. pag. 187.* **Q**uamvis Joannes Harduinus Jesuita ob paradoxas opiniones, quibus suos libros hucusque editos infecerat acres plurimorum censuras subisset nihilominus quidam Franciæ Episcopus uberrima hujus Viri eruditione permoti, eidem novam Conciliorum editionem concinnandi curam imposuerunt. Hic igitur tam vasto gravique labore

humeros supponere, Anno Christi mil-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 lefimo sexcentesimo nonagesimo quinto A. C. 1719.  
 incæpit, ejusque primos undecim to-  
 mos anno hujus sæculi decimo quinto  
 absolvit: Haud immerito verebantur Je-  
 suitæ Parisienses, ne ob cognitam Har-  
 duini indolem, & luxuriantis sui ingenii  
 intemperiem novi tumultus Societati  
 molesti concitarentur, hinc Harduino  
 hanc editionem publici juris faciendi  
 facultatem ea duntaxat lege concesser-  
 runt, ut a Regio Parlamenti Advocato  
 Le Merre, & a Pirotto & Witassio Sor-  
 bonæ Doctoribus scriptam prius appro-  
 bationem obtineret. Verum Harduinus  
 sese aliorum judicio submittere minime  
 assuetus, a Ludovico XIV. Galliarum  
 Rege licentiam impetravit, vi cujus  
 suam collectionem in Regia Typographia  
 Luparenfi, quæ Parlamenti edictis circa  
 typum editis subjecta non erat, prælo  
 subjicere permetteretur. Eodem igitur  
 anno Harduinus *Mense Octobri* primum  
 tomum imprimi curavit, ubi præterEpi-  
 stolam, qua totam collectionem eidem  
 Ludovico Regi nuncupaverat. publici  
 etiam juris fecit totius operis Conspe-  
 ctum, in quo novæ hujus editionis præ-  
 rogativam amplissimis verbis deprædi-  
 cabat, simulque pollicebatur, se duo-  
 decimum quoque tomum editurum, qui  
 annotationes varias completeretur.  
 Verum

Sæc. XVIII. Verum fortunæ invidia factum, ut  
 A. C. 1719. terveniente præfati Regis morte hujus  
 collectionis distributio impediret  
 Parisiense enim Parlamentum æger-  
 me ferebat, quod Harduinus in epistola  
 sua nuncupatoria Cardinalem Noail-  
 necnon ceteros Episcopos eidem adha-  
 rentes haud obscure tanquam schisma-  
 ticos, & vix non hæreticos traduxit  
 necnon ad calcem suæ Collectionis Ap-  
 pendicem adjecisset, cui Bullam U-  
*genitus*, Pontificis literas ad Cardinalem  
 Rohanium ob veram & simplicem ep-  
 acceptationem gratulatorias, & Fac-  
 tatis Parisinæ decretum de acceptatione  
 hac Constitutione inseruit. His adde-  
 bant alii, quod Harduinus ex actis Con-  
 cilio Constantiensis & Basileensis que-  
 dam pro arbitrio suo deleverit, sub  
 tentu, quod cetera, quæ in Collectione  
 ab Hermanno Hardtio in Germania quæ-  
 que voluminibus edita haberentur, hæ-  
 reticum Scriptorem, vel nugatorum  
 otiosum, vel maledicum in Catholicos  
 Declamatorem redoleant. Ea ex causa  
 Regius Procurator Philippum Aurelian-  
 nensem Ducem Regni Moderatorem que-  
 stum adibat, cujus etiam jussu Parisiense  
 Parlamentum præfatis Censoribus die  
 vigesima Decembris injunxit, ut hæc  
 Collectionem examini subjicerent, &  
 desuper ad Curiam referrent: inter-

vero Regiæ Typographiæ Præfectus Sæc. XVIII.  
 nullum omnino Harduinæ Collectionis A. C. 1719.  
 exemplar distraheret. Cum autem hi  
 Censores vel ob metum Jesuitarum, vel  
 ob Witassi Doctoris exilium officio suo  
 negligentius fungerentur, & nonnisi  
 primas hujus operis paginas sibi tradi-  
 tas recognovissent, de reliquis autem  
 plane nihil egissent, hinc Procurator  
 hoc negotium atque examen Legero,  
 Anquetilio, & Du Pino demandari po-  
 stulabat, quod etiam eidem datum est.

§. XXXVIII.

*Parisiensis Parlamenti sententia contra  
 novam hanc Conciliorum  
 Collectionem.*

Hi Censores a Parlamento denomi-  
 nati, necnon alii, qui his fato functis  
 successerant, novam Harduini collectio-  
 nem diu ac mature discussant, tan-  
 dem vero die septima Septembris anno  
 hujus sæculi vigesimo secundo sequens  
 judicium typis editum (\*) Parlamento

*Bibl. rai-  
 sonnée l. 7.  
 Parte II.  
 pag. 418,  
 Salmon  
 Traité de  
 l'Etude des  
 Concil.  
 Part. II.  
 por-  
 art. 13.*

(\*) Illius scripti titulus erat: Avis des Cen-  
 seurs nommés par la Cour du Parlement de  
 Paris pour l'Examen de la nouvelle Collection  
 des Conciles faite par les soins de Jean Har-  
 duin Jesuite avec les Arrêts du Conseil, qui  
 en a empêché la publication.

*Fabric. Bibl.  
 Græc l. 11.  
 fol. 123.*

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

U

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

porrexerunt. Censebant ergo præfata collectionem omnino esse supprimendam.

I. quia illa cum ex typographia Regia prodiret, proin auctoritatem Conciliorum Cleri Gallicani præferret, facilius credi posset, quod hoc opus a Regia Clero approbatum, si in Galliis ceteraque Christianæ Republicæ Provinciis libere divenderetur, pro authentico monumento doctrinæ, quam Gallicana Ecclesia profiteretur, habendum esset.

II. Quia P. Harduinus hunc laborum pro suo arbitrio suscepit, & Clerus Gallicanus duntaxat sub ea conditione admisit, ut a tribus præfatis Censuris antea recognosceretur, quibus tamen nonnisi primæ illius paginæ ad certam partem fuerunt traditæ, aliunde hæc editio debita approbatione careat.

Quia hæc collectio, nisi a Parlamento proscribatur, perniciosa foret Regibus, Ecclesiæ Gallicanæ libertati, & publicæ paci.

IV. Quia Harduinus in Epistola nuncupatoria ad Regem scopos non acceptantes tanquam hæreticos a fide traduxit, addiditque, hæreticos fore, ut renitentes, qui supersunt, fidei unitatem revocentur, quibus verbis sat aperte designavit Cardinalem Noaillium, & Præsules cum eo committentes; quoniam vero Episcopi Franciæ nullus a fide recessisset, ideo

opus habeant, ad eam revocari. V. Sæc. XVIII.  
 Quia P. Harduinus suæ Collectioni Con- A. C. 1719.  
 stitutionem *Unigenitus* in Præfatione  
 immodice laudatam sine Pastoralis In-  
 structione Cleri Gallicani, sine literis  
 Regis patentibus, & sine Parlamenti  
 Parisiensis modificationibus, Declara-  
 tionem Facultatis Theologicæ tum con-  
 troversam, nunc vero reprobata, nec-  
 non literas ad Episcopos, quos ab omni  
 potestate judicandi dejecit Pontifex,  
 inseruit, minime autem liceat in Lu-  
 para edere scripta controversa, trun-  
 cata, falsa, & auctoritate destituta.  
 VI. Quia Harduinus hanc Collectionem  
 non alio fine concinnavit, nisi ut de-  
 strueret principia Regni, Cleri Galli-  
 cani, & Sorbonæ, ac propterea in In-  
 dice materiæ Tomi XI. Regulas &  
 sententias opinionibus in Gallia usitatis  
 contrarias studiose congescit, imo etiam  
 hanc sententiam, quod Rex in tempo-  
 ralibus sit independens, & Potestas  
 Pontificia in spiritualibus sit limitata,  
 impugnavit. VII. Quia P. Harduinus  
 Romanæ Curie principiis plus æquo  
 addictus, in quamplurimos errores &  
 hallucinationes prolapsus, Regum,  
 Conciliorum atque Episcoporum aucto-  
 ritati derogat, eosque summo Pontifici  
 subjicit, coronatorum Principum in-  
 dependentiam omni data occasione e-  
 nervat

Sæc. XVIII. nervat imo etiam evertit, ac solus  
 A. C. 1719. fraude sua quæcunque ad deprimentum  
 horum auctoritatem conducere existimat, suæ collectioni, quin notas  
 adderet, qua contentas ibidem opiniones reprobare videretur, suæ Collectioni inserit, imo potius non  
 ejusmodi addit notas, quibus ejusmodi sententias confirmat, spuria etiam monumenta a Pontificiæ potestatis defensoribus fabricata allegat, ipsisque Conciliis & Episcopis non aliam, nisi a Papa concessam adjudicat auctoritatem.  
 VIII. Quia idem Harduinus Oecumenica Concilia, aliaque veneranda monumenta depressit, eisque non parum ab ipso solo magnifice deprædicat substituit, & Concilia Constantiense & Basileense nunquam Oecumenici Concilii nomine honoravit, sed illorum præcipua & comprobata refecit, quæ ipsatum haberet referendi alia, quæ Ultramontanis favent: inde timendum ne si hæc editio divendi permittatur Ecclesiæ Gallicanæ illiusque libertatis hostes sint triumphaturi, hancque Theologiam ultramontani in rem suam veram ipsam Theologiam Gallicanam infirmam & corrumpere ausuri sint. Denique IX. quia Harduinus plurima Conciliorum acta, variorum Regum & Pontificum Epistolas, aliaque certæ fidei

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

documenta, quæ diversarum Ecclesiarum jura, consuetudines, libertatesque concernunt, vel ad Episcopalis auctoritatis conservationem defensionemque conferunt, aut studiose refecuit, aut oscitanter omisit, & tam in operis contextu, quam in annotationibus, & indiculis, dissertationes, notasque illorum Auctorum, qui existimatam Pontificum auctoritatem extulerunt, intrusit. His de causis Censores in calce cujuslibet tomi quædam annotarunt, quæ si ceteris perfectior, magisque completa Conciliorum editio desideratur, addenda esse censuerunt. Examinatis hisce Censorum rationibus Parlamentum decrevit, Epistolam nuncupatoriam esse supprimendam, Censorum judicia, necnon cuncta Parlamenti edicta circa hanc causam data & sancita primo Conciliorum tomo præfigenda, ac insuper cuilibet tomo ea, quæ censores specialiter ejusmodi tomo addenda vel corrigenda judicaverunt, typis impressa adjungenda esse, sine quibus hanc editionem vendere, cunctis Typographis indicta trium librarum millium mulcta, inhibitum sit, nec eis novam aliamque hujus collectionis editionem concinnare sit permissum, nisi totum opus huic Censorum judicio consonum esse, fuerit comprobatum.

U 3

§. XXXIX.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

## §. XXXIX. 1

*Jesuitarum molimina in suppressione  
hoc Parlamenti decreto.*

Cum Parisienses Jesuitæ hoc Parlamenti  
edicto non parum de sua existimatione  
sibi & Authori detractum crederent,  
suosque pro tuenda Pontificia Constitu-  
tione conatus infringi dolerent, his  
omni ope & opera in id incubuere,  
hanc causam ad Sanctioris Senatus  
Curiam devolverent. Nec prosper succe-  
sus eorum conatibus defuit; quippe  
qua tum apud Proceres valebant, au-  
toritate obtinere, ut Regius Senatus  
hanc causam a Parlamento ad se tra-  
icaret, & die vigesima quinta Aprilis  
anno hujus sæculi vigesimo quinto sen-  
tentiam ferret, vi cujus hucusque  
Parlamento gesta tanquam irrita fue-  
re declarata, & Censuram tam fati-  
sactorum, quam adhuc vita superstitionis  
memoria nigro stigmate notata, acce-  
diturum hujus collectionis editio libere  
vendi permissa est, ea tamen lege,  
ut Author alium, in quo addenda con-  
tineantur, tomum se editurum, polliceretur,  
quod tamen hucusque factum  
non est. Insuper Regiæ Typographiæ  
Præfecto Censuram judicium ex primo  
tomus delendi facultas dabatur, quinimmo  
Jesu

Jesuitis concessum, ut impressa hujus Sæc. XVIII. censuræ exemplaria, quantum possent, A. C. 1719. supprimerent, quod etiam adeo solerter fideliterque exequabantur, ut nonnisi unicum exemplar Ultrajectino Typographo obvenerit, qui hanc censuram iterato prælo subjecit.

§. XL.

*Hamburgensium Lutheranorum tumultus contra Cæsareum Legatum.*

Adhucdum controversia inter Teutonici Ordinis Equites & Nordlingenses Lutheranos exorta fervebat; cum enim anno hujus sæculi decimo septimo Teutonici suam ædem frumentariam innovarent, Beatissimæ Virginis imaginem minoris formæ, quæ frontispicii parieti dudum affixa erat, temporum diuturnitate & injuria detritam abstraxere, ejusque loco aliam majorem, magisque ornata in eodem loco substituerunt: Verum Nordlinganus Magistratus reclamabat, eo quod id introductionem cultus Religiosi ac alieni involve- ret, hæc statua contra pristinam formam & modum, nec non contra Pacem Westphalicam, & ubique stabilitum annum normalem, sprete nuntiatione novi operis, fuisset erecta: hæc oppositio sanioribus videbatur ridicula, nihilominus

*Fabri Staats-kanzley. tom. 31. Gottfrid cont. Hist. Chron. l. 17. pag. 748.*

U 4

Nord-

Sæc. XVIII Nordlingenses hanc statuam in contem-  
 A. C. 1719 nenti pro suo arbitrio per opifices suos  
 inter horrendas blasphemias a suo loco  
 amoverunt, haud ultra memores, quod  
 has ipsas rationes, quas nunc contra  
 Teutonicos allegarunt, Augustani Pro-  
 testantes non ita pridem a Monacho  
 Udalricanis propositas tanquam futes  
 nullasque rejecerint. Re igitur ad Au-  
 lico - Cæsareum consilium delata & ma-  
 turius discussa, die vigesima octava Au-  
 gusti Nordlingensibus mandatum est  
 ut sub pœna viginti Marcarum auri per  
 hanc statuam restituerent, & inposi-  
 tum Teutonicos turbare haud præsum-  
 rent. Verum hi pro more suo ad Coe-  
 pus, ut vocant, Evangelicum recur-  
 runt, omnium ferme Principum Prote-  
 stantium opem implorant, ac cælum  
 terramque movent, ne Cæsareo man-  
 dato parere cogerentur, conducunt  
 tiam testes, qui hanc statuam decepto  
 modo & sine effusis blasphemis fuisse  
 abstractam deponerent: nihilominus  
 Cæsar Deputatos nominabat, qui in eos  
 inquirerent cives, qui contra Romano-  
 Catholicam religionem os in dictoria  
 blasphemias solverunt: quapropter præ-  
 fatum Cæsareum Consilium die decima  
 septima Februarii rejecta Lutheranorum  
 supplicatione, terminum unius Mensis  
 ad parendum nupero mandato eis præ-  
 stituit.

stituit, ac die decima quarta Maij re-  
 Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.  
 jectis Nordlingensium exceptionibus de-  
 nuo injunxit, ut continuatæ Commis-  
 sioni omnino pareant: cum autem hi  
 Cæsari obtemperare renuerent, imo e-  
 tiam scandalosissimo ad comitia recursu  
 Commissionem Cæsaream declinare per-  
 gerent, hinc Teutonici supplicabant,  
 ut Imperator eos sancitam pœnam in-  
 currisse declararet, & quantocius ad  
 illius executionem procederet: quapro-  
 pter Cæsareum Consilium repudiatis fri-  
 volis adversæ partis excusationibus man-  
 datum suum pœnale & Commissionis  
 acta confirmavit, ac terminum duorum  
 Mensium pro omni termino ad docen-  
 dum de partitione, die vigesima sexta  
 Novembris præfixit, secus ad executio-  
 nem procedendum, & inobedientes in-  
 terminata pœna condemnandi, hujus-  
 que pœnæ executio Hamburgensium  
 sumptibus explenda sit.

Attamen non sine humanæ naturæ  
 horrore referri potest, quam infano fu-  
 rore Hamburgenses Lutherani sub ob-  
 tentu tuendæ suæ sectæ, quam non  
 veritatis studio, sed Catholicæ Religio-  
 nis odio tectam servare contenderant,  
 tam Divinas, quam humanas leges, imo  
 ipsa & naturæ & gentium jura hoc anno  
 conculcarint: Cum enim Comes de Schön-  
 born Cæsaris Legatus pro antiquo jure  
 exteris Legatis concessio Palatii sui Au-  
 lam

Sæc. XVIII lam in Sacellum convertere statueret  
 A. C. 1719 ac spatii angustiae numerosum Catho-  
 licorum confluum haud caperet, sciente Magistratu palam Oratorium  
 suis ædibus erexit, ac quinquaginta m-  
 rariis operam strenue prosequentibus  
 primum lapidem consuetis ritibus per-  
 curavit, non sine maximo Catholicorum  
 jubilo: soli tamen Prædicantes  
 qui tum tolerantiae gratiam in lege chri-  
 stianitatis fundari adhuc ignorabant, hanc  
 Deo gloriam, & Catholicis sui cultus  
 exercitium inuidebant: manibus igitur  
 & pedibus adlaborant, ut cives ad  
 conditionem contra Catholicos concitarentur  
 præprimis autem quosdam ex suis  
 civitatis Primores deputant, eisque  
 ponunt, publicum Religionis exerci-  
 tium, quod Catholici hucusque sibi  
 dicarent, necnon novi Sacelli fabricam  
 Hamburgensium legibus, & civium  
 ramentis esse adversum, Prædicantes  
 jam eo temporis momento, quo  
 sareus Orator sui Palatii Aulam pro  
 religionis cultu ampliaverat, questum  
 Consulem ivisse, hunc vero fuisse  
 citum, quod Catholici Ecclesiam  
 gere non intenderent, nunc vero in  
 dem Aula porticum fuisse erectam, quæ  
 chorum ab Ecclesia divideret, Catho-  
 dram, Aram & organum, ac festi-  
 mobilia fuisse illata, & pro confu-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

tibus undique maximò numero Catho-  
 licis Jesuitas sacris operari, atque ab-  
 sente etiam Legato sine ullo timore  
 actus Parochiales exercere, de Catho-  
 lica Ecclesia ore & calamo agere, in  
 aliorum ædibus Missas celebrare, pa-  
 lam in plateis Eucharistiam deferre,  
 Baptizare, Matrimoniis assistere, absol-  
 vere, S. Synaxin distribuere, exequias  
 comitari, alios promissis, & rationum  
 momentis ad fidem Catholicam per-  
 ducere, conversisque Cæsaream pro-  
 tectionem procurare, eorumque proles  
 ad Catholicas Regiones transmitters,  
 ad supplicia damnatos Catholicos ad  
 ultimum agonem præparare, & ad hæc  
 pluraque alia exequenda Cæsarei Le-  
 gati auctoritate abuti &c. Cum autem  
 Religionis periclitantis obtentus apud  
 rudem plebem plurimum valeat, post-  
 quam sectæ fanaticus funestas inhu-  
 manæ factionis ideas Prædicantibus im-  
 plantaverat, facile ab his velut a sua  
 origine hæc pestis in cives effundeba-  
 tur: Dementato igitur semel populo  
 Prædicantes audaciores effecti, scripto-  
 tenus suas querelas Magistratui defere-  
 bant; arctabatur hic ab officii sui debi-  
 tis, & ab ipsa æquitate, quæ serius  
 aut citius ad honestorum Virorum corda  
 loquitur: ex adverso dominabantur præ-  
 judicia, molesti Præconum susurri, per-  
 time-

Sæc. XVIII. timeſcendi plebis tumultus, ipſiusque  
A. C. 1719. ſectæ impuſus: Habebantur frequenter  
 diuturnæ, acerbæque conſultationes  
 magis heroicum ac religioſum eſſe pe-  
 tabant nonnulli, ſi Magiſtratus ad Ce-  
 ſaris vota & Catholicorum preces  
 inflexibilem demonſtraret, plus vero  
 humanitatis ac politiæ exhiberi, ſi con-  
 ſcenderet, cenſebant alii: prævalentibus  
 ergo æquitatis pondere poſt acres utriusque  
 que oppoſitiones Magiſtratus rem  
 cedere tergiverſabatur, Prædicantibus  
 tamen collegiorum opem implorantibus  
 hiſque rem acriter urgentibus, Magiſ-  
 ſtratus declaravit, hujus Sacelli ſabi-  
 cam de ſe omnino eſſe legitimam. Ce-  
 ſaris tamen Legatum perdemiffe  
 gandum, ne quicquam pacis præſcrip-  
 adverſum hac in re moliri vellet.  
 rum hac Magiſtratus conniventia  
 rimum exacerbati Prædicantes, ex-  
 ma quæque tentare decernunt; ob-  
 dunt Magiſtrato Articulum V. Pacis  
 Weſtphalicæ §. 12. *Placuit porro*  
 ob oculos ponunt plebi, quod etiam  
 Calviniftæ jamjam Hamburgi Eccleſiam  
 erigere pararent, ni ergo Catholicorum  
 Sacellum mox deſtrueretur, Principibus,  
 qui Calviniſtas protegent, ſua  
 petitionem denegandi obtentus deſſe.  
 Hac Prædicantium voce aperiebatur  
 ad violentias, quas inſania, & fan-  
 tiſma

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

tismus plebi inspiraverat: Collegium quoque pertinaciter statuit, hac adhuc die Sacelli fabricam esse inhibendam, Magistratus tamen Collegii sententiam nec sanæ rationi, nec æquitati subnixam ratus, reclamantium querelas flocci habuit: nihilominus Prædicantes rursus tradito scripto admodum prolixo Magistratum fatigant, sed incassum: unde auctis inter Magistratum & Prædicantes diffidi's populum ad violentias concitare facillimum erat. Jamjam die vigesima prima Julii petulantiores quidam Lutherani agmine facto Catholicorum Sacellum destruere aggrediuntur, densumque lapidum grandinem in tetrum, fenestras, & parietes non sine magno damno effundunt, tempestive tamen adhuc militum agmine dissipati: Die autem decima Septembris cum quidam Catholicus petulantiori Lutherano juveni alapam infligeret, confestim ceteri maximo numero confluunt, & ne dubium relinquerent, quod eos Catholicæ Religionis odium impulisset, una omnes ad Sacellum concurrunt, in illo & Legati Domo cunctas fenestras lapidibus impetunt, effractis foribus, dirutisque muris in Sacellum penetrant, & velut infernales furix, quicquid eorum manibus obvium erat, diripiunt, destruunt, evertunt: audito sclopeti jactu

Sæc. XVII. jactu ferociore effecti, in Legati ælis  
 A. C. 1719. involant, cuncta pretiosa, omnemque  
 supellectilem auferunt, vestes, lectica  
 & cetera quæque diripiunt, ea vero  
 quorum moles illorum rapacitati re-  
 tit, confringunt, chartas & scripta  
 cerant, cathedram, Altare, imagines  
 organum sacrasque vestes in mille frustula  
 discerpunt, cunctaque susdeque vertunt  
 & sese nimis humaniter egisse arbitran-  
 tur, propterea, quod nulla truculen-  
 tiore rabie ipsa Sacelli mœnia nondum  
 evertissent. Unde nautis, & promiscua  
 plebis sæce aucti, indomitis impetu  
 tibusque furiis in ipsos Ecclesiæ munus  
 impetum agunt, ac intra paucas horas  
 sola manuum intensione, nec aliis in-  
 strumentis, quam ligneis trabibus  
 structi, totum ædificium, quod ducenti  
 operarii intra octiduum vix erigere potu-  
 tuissent, funditus demoliuntur, atque  
 in lapidum acervum convertunt: deinde  
 currunt equidem jussu Magistratus  
 litum turmæ, his vero tumultuantium  
 populi ferociam compescendo imparibus  
 Magistratus tympanorum sono cunctos  
 cives ad arma concitat, urbisque por-  
 teas obsidere jubet: interea vero factio  
 consummata jamjam direptione cessat  
 sua rapina domum quisque reverti  
 rant: Altera die Magistratus præcipuum  
 voce denuntiabat, ei, qui præcipuum

tam inhumanæ seditionis Auctores ma- Sæc. XVIII.  
 nifestaturus esset, præmium centum A. C. 1719.  
 viginti florenorum esse constitutum, ab-  
 lata autem ad Urbis Prætorem defe-  
 renda esse: Verum hoc mandatum a-  
 pud eos, qui naturæ & gentium leges  
 infringere assueti erant, nihil profece-  
 rat. Comperta hac violentia vix inter  
 Barbaros audita Cæsar jure merito  
 vehementi ira excandescebat, jamque  
 quasdam militum legiones Hamburgum  
 mittere decreverat, quæ tam diu urbem  
 insiderent, donec congrua præstaretur  
 satisfactio. Quapropter Hamburgenses  
 sibi male conscii, ut hanc calamitatem,  
 promeritamque poenam a se amolirentur,  
 datis ad Cæsarem literis die vigesima  
 sexta Septembris veniam perdemisse  
 exorabant, necnon Saxonici Circuli Di-  
 rectores, simulque Angliæ & Daniæ  
 Reges supplicatum adibant, ut hac in  
 caussa deprecatorum munus in se su-  
 sciperent, ne Cæsarea sua Majestas in-  
 sani effrænatique populi violentiam Ma-  
 gistratui, Mercatoribus, civibusque ad-  
 scribere velit: Horum deprecatio tan-  
 tum valuit apud clementissimum Impe-  
 ratorem, ut revocata militari exactione  
 contentus esset, ut ad anni sequentis  
 initium jubente Comite de Metsch Cæ-  
 saris Legato Hamburgensis Magistratus  
 duos Consules Brunsvicum decerneret,  
 qui-

Sæc. XVIII. quibus die prima Octobris per Barones  
 A. C. 1719. de Kurzrok Cæsareum Oratorem signifi-  
 caretur, Cæsarem omnino præcipere  
 ut Hamburgensis civitas Consulem tuum  
 officio fungentem, aliosque duos Sena-  
 tores & totidem civium Seniores Vien-  
 nam ablegarent, qui coram Imperato-  
 ris solio in genua provoluti tam eno-  
 mis, horrendique sceleris veniam pre-  
 carentur, & ducenties centena Impe-  
 rialium millia multæ nomine pende-  
 rent, Urbs quoque suis sumptibus  
 rutam Cæsarei Legati ædem unam  
 Sacello pro Legato ejusque Domestico  
 erigant, hancque domum ab omni onere  
 nexu civico, & ære alieno liberam  
 perpetuum agnoscant, Legationis  
 tem Secretario ablata resarciant,  
 expensas in transcribendo Archivo  
 ciendas &c. Urbs ferat: de cetero  
 tem Catholici tam incolæ, quam  
 nigenæ liberum Religionis suæ exer-  
 tium Altonæ habeant. Harum condi-  
 tionum asperitatem Hamburgenses  
 nata Cæsaris clementia facile tem-  
 rari posse confisi, nonnisi Syndicum  
 num Senatorem Viennam ablegabant  
 tamen re infecta, sine omni alloqui-  
 domum remittebantur, eo quod  
 Consul, & alius Senator, necnon  
 civium Seniores abfuissent: Igitur  
 rursus iter aggressi, die vigesima prima

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Junii anno hujus sæculi vigesimo primo  
 Viennam advenere, & in gravissimæ  
 indignationis signum a Cæsaris alloquio  
 exclusi, coram Principe Eugenio com-  
 parere jussi sunt, ubi præsentem Comite  
 de Schönborn S. R. J. Pro - Cancellario  
 scriptam deprecationis formulam genu-  
 flexi recitare jubebantur. Tandem vero  
 præfato Principe suam operam impen-  
 dente ad Cæsaris alloquium die tertia  
 Julii admissi, atque in genua provoluti  
 veniam petebant, quibus Imperator  
*injuriosam temeritatem* gravibus oppido  
 verbis exprobrans, surgendi signum de-  
 dit, eosque de sua gratia & patrocínio  
 certos esse jussit, si deinceps violentis  
 ejusmodi petulantibus tempestive obviare  
 intenti, debitam fidem obsequiumque  
 exhibuerint. His ita dimissis ceteras  
 condiciones ad amussim adimplere coacti  
 sunt; quoniam vero Comes de Metsch  
 Palatium Comitis de Görz pro perpetuo  
 Legati habitaculo sibi consignari pete-  
 ret, hinc concessa hac domo Hambur-  
 genes a gravi destructum Palatium rur-  
 sus erigendi onere absoluti sunt. Quam  
 indigne autem ac injuriose Hambur-  
 genes eandem domum post Caroli Cæ-  
 saris obitum Anno 1740. contra datam  
 fidem sub ridiculo prætextu, quod mor-  
 tuo Cæsare proin extincta stirpe ma-  
 scula concessæ domus possessionem re-  
 dimere

Hist. Eccles. Tom. LXX.

X

Sæc. XVIII. dimere obstricti essent, Cæsareo Legatione  
A. C. 1719. eripuerint, suo loco recensetur.

## §. XLI.

*Heidelbergensis Catechismi usus a  
latino Electore suis subditis  
inhibitus.*

*Alting. Hef. Eccl. Palat. pag. 191. Faber Tom. XXXIV. p. 158. Tom. XXXV. pag. 249. Elect. Jur. publ. Tom. XV. & XVII. pag. 775.*

Jam anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Regnante Friderico III. Electore Palatino prope per Calvinistas Catechismus, in prima editione octogesima quæstio, præsentis controversiæ fomes non fuerat inserta: Altero autem anno Calvinistæ secundam adornatam editionem, in qua non sine maxime Catholicæ fidei & Catholicorum injuria ex præfati Electoris tum Calvinistæ sectæ addicti (\*) mandato addita est hæc Quæstio: *Quodnam est discrimen inter Cœnam Dominicam, & Missam papisticam?* R. Cœna Dominica nobis monstrat, quod per unicum Christi Sacrificium semel ab ipso in Cruce per-

(\*) *Absdubio, inquit modestissime Augustinus l. c. ut ABOMINANDA corruptio Cœnæ Dominicæ, quæ in Missa fit, detegeritur, hoc veluti charactere Ecclesiæ Reformatiæ a Papisticis discernentur. Egregium Calvinianæ Charitatis & tolerantiae specimen*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

plenam habeamus omnium peccatorum no-  
strorum remissionem, & quod Christo, qui  
cum vero suo Corpore in cælis ad dexteram  
Patris est, & ibidem adorari vult, per  
Spiritus sanctum incorporemur: Missa au-  
tem docet, quod tam vivi quam mortui, non  
per passionem Christi, remissionem peccato-  
rum non habeant, nisi Christus pro ipsis  
quotidie per Sacrificulos offeratur, & quod  
Christus corporaliter sub speciebus panis &  
vini præsens sit, ac propterea in illis ado-  
retur. Missa igitur quoad substantiam nil  
aliud est, quam abnegatio solius Sacrificii  
& Passionis Christi Jesu, & maledicta ido-  
latria. An in hac Missæ descriptione  
ignorantia vel malitia & procacitas præ-  
valeat, dubium est? Ceterum jam an-  
no prioris sæculi octogesimo quinto &  
quingentesimo quinto, quo de hac quæ-  
stione inferenda agebatur, inter Theo-  
logos exorta erat contentio, urgente  
tamen Fabritio, hujus Catechismi usus  
Calvinistis permittebatur, ea lege, &  
mandato, ne Serenissimi Electoris Per-  
sona, nec alii Catholici condemnentur, vel  
tanquam idololatræ traducantur: Huic  
mandato autem Calvinistæ minime pa-  
ruerunt; si enim doctrinam, quam Ca-  
tholici profitentur, maledictam idolola-  
triam vocant, & hac calumnia velut  
Ecclesiæ suæ characteristica doctrina  
juventutem imbuunt, eo ipso Princi-  
pem

Sæc. XVIII. pem suum Catholicum ceterosque  
 A. C. 1719 tholicos de idololatria condemnat  
 & tanquam idololatrias juventuti  
 pingunt. Tantæ impudentiæ enor-  
 tas hoc anno Electorem Carolum Phi-  
 lippum, qui ante triennium die octavo  
 Junii Fratri suo Joanni Guilielmo in Ele-  
 ctoratu successerat, eo adegit, ut pu-  
 blico edicto die vigesima quarta Aprilis  
 interminatis etiam poenis præcipere  
 quatenus ex hoc Catechismo non mo-  
 titulus mutaretur, & verba: *ex mandato  
 Serenissimi Electoris, cum Privilegio  
 Electoris Serenissimi*, necnon ejus insignia  
 in frontispicio præfixa delerentur,  
 etiam scandalosa quæstio octogesima  
 aliaque Catholicis offensionem præbe-  
 tia abolerentur, & singula exemplaria  
 in quibus præfata quæstio, aliaque  
 tholicis injuriosa habentur, fisco ad-  
 cerentur, & deinceps Calvinistæ  
 Catechismo pro juventutis suæ in-  
 tutione in eorum Templis & scholis  
 minime uterentur. Pariter die secunda  
 Maij Calviniano Senatui Ecclesiæ  
 præceptum est, ut ipse hæc intra  
 hebdomades executioni mandaret,  
 quod tam injuriosæ expressiones, & Ele-  
 ctoralis auctoritatis usurpationes ipsius  
*Electoris Personam* offendant, & res  
 recessibus Imperii, necnon Cæsareo  
 perrime emanato mandato adverstentur.

Propter Elector novam Catechismi Sæc. XVIII.  
 Heidelbergensis editionem per Catho- A. C. 1719.  
 licum Bibliopolam omiffis omittendis  
 adornari juffit.

§. XLII.

*Calvinistarum oppositio contra hoc  
 Electoris mandatum.*

Quamvis hoc Electoris Palatini e- Faber Tom.  
 dictum decentiæ æquitatiq; na- XXXIV.  
 turali manifeste inniteretur, nihilomi- § XXXV.  
 nus Calvinistæ pro sectæ suæ genio a- pag. 249.  
 lieni imperii impatientes, Principi suo  
 totis viribus, omnique ope & opera refrac-  
 tarii obsistere decreverunt, ac præprimis  
 Prædicantes tradito libello supplici ex-  
 posuere, quod ipsis insciis & nequidem  
 existentibus nova Catechismi editio cum  
 verbis *ex mandato, Privilegio*, insignibus  
 &c. a Typographo, qui Calvinianos  
 libros scholasticos imprimendi privile-  
 gium se habuisse diceret, fuerit etiam  
 Norimbergæ & Francofordiæ editus,  
 Imperii autem recessus, & Cæsaris man-  
 datum non libros Symbolicos (\*), sed  
 alia privatorum scriptorum libros com-  
 X 3 ple-

(\*) Perinde acsi Cæsar, qui convitiandi li-  
 bidinem Calvinistis nimium familiarem refræ-  
 nandi animo hoc mandatum promulgaverat,  
 calumniandi licentiam in eorum libris symbo-  
 licis ratam habere voluisset.

Sæc. XVIII. plectatur, secus etiam his decretis  
 A. C. 1719. *themata* Concilii Tridentini, & Bullæ

Pii IV. comprehenderentur: cum enim hic Catechismus a suo principio hodierni Electoris Prædecessoribus mutatus permaneret, rogabant, Elector illum *tanquam unicum Calvinianam juventutem instituendi medium sine conscientie, & liberi Religionis exercitii læsione*, eorum manibus adducere velit, præcipue cum palam confiterentur, quod Calvinistæ dogmata damnando nunquam personas seu Catholicos damnare intendant. Nempe Calvinistæ Catholicis personis parcendum eorum doctrinam Catholicam tradunt esse *maledictam idololatriam*, perinde ac si idololatra non esset, qui doctrinam idololatricam profitetur, adulter, qui adulterium committit, ejusque personæ parceretur, dummodo non vocetur adulter, quamvis adulterium perpetrasse in publicis novellicatur. Frivola quidem erat hæc excusatio, Calvinistæ tamen hinc innixi Hassiæ Landgravium impulere, datis ad Electorem literis die decima quinta Junii eundem rogaret, quantum Calvinistis suis subditis hujus Catechismi usum permetteret, eo quod ante pacem Westphalicam pro libello symbolico fuerit agnitus, in præfatione autem

autem pace dispositum sit, quod omnia, Sæc. XVIII.  
 in eo statu, quo ante annum de A. C. 1719.  
 cretorium fuere, in Religionis rebus  
 relinquuntur. Insuper Heidelbergensium Calvinistarum importunitate motus Borussiae Rex, Philippum Rheinhardum Hecht Legatum suum ad Electorem Palatinum transmisit, qui die vigesima Octobris exposuit, quod hic Catechismus utpote Symbolicus liber, nullius, qui alienae Religionis esset, Principis dispositioni obnoxius foret; verum ad hæc Elector sexto post die egregie respondit, quod quidam male instructi homines maledici, qui etiam coram proprio suo Parocho de falsitate convicti fuere, non modo in publicis novellis, sed & in comitiis Ratisbonensibus falsa in vulgus sparserint, proin promeritis poenis castigandi sint, de cetero autem Elector nunquam intenderit, quicquam in fundamentalibus Calvinianae sectae articulis immutare, sed duntaxat ea, quæ in quaestione octogesima contra Cæsarem, Catholicos Electores, Principes & statum, & contra ipsum Palatinum Electorem eorum legitimum Dominum ad ingentem despectum contra tenorem Pacis West. Art. 5. §. 35. Imperii Recensus & Cæsarea mandata leguntur, deleri præceperit, præcipue quia *ejusmodi*

Sæc. XVIII. *convitia, & maledicentia in Templis*  
A. C. 1719 *scholis infantibus tanquam Christiana*  
*Arinæ præcepta unacum lacte materno*  
*stillare, non minus ex se noxium, scanda-*  
*losum, & in subditis contra Catholicos*  
*Principes suos, qui necessaria consecutio*  
*pariter convitiis & maledictis laceffunt*  
*haud tolerandum sit. Ad hæc vero Bo-*  
*ruffiæ Legatus, quod responderet, ni-*  
*aliud promptum habebat, nisi quod*  
*hic Catechismus unacum quæstione pat-*  
*a 150. annis pro libro Symbolico*  
*rit habitus: perinde ac si convitiis*  
*contra fidem Catholicam jactata di-*  
*turnitate temporis & coacta Principum*  
*Catholicorum tolerantia in legitimus*  
*usum transire possent: quapropter*  
*Imperator per Baronem de Hillesheim*  
*Beckerum Consiliarium paucis respon-*  
*dit, quod scandalosissima expressio,*  
*erronea glossa pro libro symbolico seu de*  
*matibus Religionis haberi nequeat, præ-*  
*cipue cum ea primum Anno 1684. Ca-*  
*techismo fuerit inserta: de cetero ex-*  
*pectanda esset Cæsaris decisio, in cuius*  
*Aula Boruffiæ Legatus rem urgebat*  
*& ipse Imperator desuper ad Electores*  
*Palatinum literas dabat. Interim Ha-*  
*dane Legatus Britannicus, & Doro-*  
*bergius Hasso-Casselanus conjunctis*  
*ribus Calvinistarum Heidelbergensium*  
*causam agebant, necnon cum Electore*  
*Pal-*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

Palatini Ministris habita frequenti consultatione mandatum revocari petebant, nihil tamen ab Electore Palatino obtinere poterant; si enim Princeps ex territoriali suprema sua potestate integras communitates, quas sub certis conditionibus, publicis, mutisque partibus & obligationibus in suas ditiones recepit, pro suo arbitrio sine earum culpa ejiciendi, & ad statum, in quo instituti sui leges observare nequeunt, redigendi, libros, vel aliorum Principum decreta (si ea suo statui minus utilia judicaverit) supprimendi jus habet, cur non etiam Elector Palatinus Calvinistas suo Principi minus obtemperantes, ac resistentes expellere, eorumque libros tam Principis Personæ, quam aliis Principibus Catholicis injurios suppressere non potuisset? Ceterum hujus controversiæ exitus connectebatur cum alia causa, quæ tum a Calvinistis movebatur, uti mox referemus.

§. XLIII.

*Cantuariensis Pseudo - Archiepiscopi  
Epistola ad Heidelbergenses Calvinistas hac in causa.*

Nil magis familiare est Sectariis, quam ut in exortis controversiis etiam civilibus (sicut in causa Religionis jam dudum

Sæc. XVIII. dudum fecerant) supremi sui Judicij  
 A C 1719. forum ac sententiam declinantes, potentiorum Principum patrociniâ emer-  
 dicent, & quod via juris obtinere de-  
 sperant, potentia extorqueant, de qua  
 læpius Imperator vehementer querebat-  
 tur: Hoc medio usi Heidelbergensium  
 Borussiae & Angliæ Reges ad prohiben-  
 dendos Catholicorum libros symbolicos,  
 claudenda eorum Tempia & monasteria,  
 imo ad extrema quæque tantum  
 tanta incitabant, eos quoque ad peten-  
 nam repugnantiam animabat ipsius  
 Walchius Cantuariensis Pseudo-Archie-  
 piscopus, qui decima tertia Januarii  
 nuarii anno sequenti has ad Calvinianum  
 Ecclesiasticum Senatum Heidelbergensem  
 literas dedit.

„Quod vos, vestrasque Ecclesias  
 „Nos Archiepiscopi atque Episcopi  
 „clesiæ Anglicanæ eo, quo par est, amore  
 „ac affectu prosequamur, & graves  
 „las feralesque persecutiones, quas  
 „stitiæ causa perpetimini, utpote  
 „dem corporis membra, tanquam  
 „bis ipsis illatas & sentimus & plerumque  
 „mus: non tam beneficii loco reputamus  
 „dum, quam debiti & vobis & Serenissimis  
 „tori nostro officii præstationem habere  
 „dum judicamus. Sic igitur per nos  
 „primam occasionem arripiendam esse  
 „suimus, tum gratias nostras Regi nostro

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

„Christianissimo reddendi, ob ea, quæ  
 „jam dudum vobis, in hisce angustiis  
 „vestris beneficia exhibuisset, tam e-  
 „tiam petendi, hortandi, eumque per  
 „miserationes atque viscera Jesu Christi  
 „supplicandi, ut Ecclesiarum vestrarum  
 „Patrocinium in se porro suscipere per-  
 „geret, eosque a periculis, quibus hoc  
 „tempore objiciuntur, liberari atque  
 „in futurum conservari, quantum in  
 „se foret procuraret. Atque hoc qui-  
 „dem Serenissimus Rex, absque alia  
 „difficultate pie, prompte, alacriter con-  
 „cessit. Nos vero, ut intercessioni ejus  
 „in hac parte, quantum potuimus, pon-  
 „deris adjiceremus, etiam Ordines Re-  
 „gni tunc propediem Parlamento con-  
 „gressuros, in eadem Nobiscum sup-  
 „plicatione conjungendos putavimus.  
 „Hinc primo Conventionis eorum die,  
 „cum gratiæ pro more Regiæ Majestati  
 „solenniter agendæ essent, in confesso  
 „Nobilium & Procerum Regni publice  
 „proposuimus, & ab iis unanimi-  
 „ter decerni obtinuimus, ut etiam  
 „illustris ille cætus (quo splendorem  
 „gravioremque sol nunquam vidit) pa-  
 „res Nobiscum gratias, eidem Regiæ  
 „celitudini pro sua erga vos benevolen-  
 „tia redderet, ipsumque ad jura vestra  
 „tuenda summa illa, qua possent au-  
 „ctoritate, efficaciter induceret.”

„Qui-

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

„Quid, ex eo tempore, hac in re  
 „cerit Rex benignissimus, supervacua  
 „neum foret vobis operose referre. vobis  
 „ipfi cognoscitis, Viennæ, Ratisbonæ,  
 „Heidelbergæ ubique res vestras  
 „nue persecutus est, neque prius  
 „sistet, quam omnia ad tenorem foederis  
 „ris Westphalici fuerint redacta. cuius  
 „speramus ipsos Magnæ Britanniae Reges  
 „ges deinceps futuros ad stipulatores  
 „pariter atque sponsores. Cum igitur  
 „tendant consilia nostra, ut non tantum  
 „iura vestra in integrum restituantur,  
 „sed ut posthac illibata vobis posteris  
 „vestris conserventur: cum majoris  
 „stræ securitatis gratia ipsum Regem  
 „nostrum potentissimum in partem  
 „sionis, vobis foedere Westphalico factum  
 „assumendum fore confidimus, &  
 „assumatur totis viribus nostris  
 „tendendum iudicamus. Ne dubitemus  
 „Viri amplissimi, quin non omnem  
 „stram operam impendamus, ut vestram  
 „in hac parte expectationibus & desideris  
 „deriis satisfaciamus, habetis hic  
 „gem clementissimum, vobis causam  
 „que vestræ, ultra quam dici possit  
 „faventem, Ministros atque consiliarios  
 „rios eius, in commoda vestra  
 „intentos.

„Nobiles Principesque Regni  
 „blice pro vobis Majestatem Regiam

„deprecantes: Episcopos persecutionibus Sæc. XVIII.  
 „vestris tenerrime compatiētes, & A. C. 1719.  
 „ad pacem vobis restituendam non tan-  
 „tum orationibus suis Deum efflagitan-  
 „tes, sed & junctis suis suffragiis Re-  
 „gis auxilium implorantes. De me  
 „ipso nihil adjiciam: id tantum vobis  
 „persuasum esse cupio, quod si quid  
 „in me sit vel auctoritatis vel ponderis,  
 „vestris utilitatibus diligenter impen-  
 „dam. Faxit summus ille Ecclesiæ  
 „Pastor atque Episcopus, ut quæ in  
 „hoc tam justo, tam pio, tam necessa-  
 „rio opere a Nobis fient, felicem exi-  
 „tum sortiantur, atque his non vestris  
 „solum, sed & aliarum passim Refor-  
 „matarum Ecclesiarum persecutionibus  
 „experrecti Principes reformati, eaque  
 „ad communem nostrorum omnium sa-  
 „lutem spectant, considerent & profe-  
 „quantur: Romanensium erga Nos om-  
 „nes Religionis Evangelicæ professores  
 „odium plusquam vatinianum satis no-  
 „vimus, Jesuitarum audaciam atque per-  
 „fidiam nimium experti sumus, ipsius-  
 „que quem vocant, summi Pontificis  
 „indignationem, superbiam dominandi,  
 „denique etiam in Principes libidinem,  
 „totus orbis Christianus Nobiscum &  
 „agnoscit & novit. Vires tantum hisce  
 „omnibus desunt, quo minus primo  
 „quoque tempore ad Nos omnes peni-  
 „tus

Sæc. XVIII, tus absorbendos sese accingant. Quæ  
 A. C. 1719. „restat, nisi ut in communem nostram  
 „defensionem tempestive coalescamus  
 „nec patiamur, ut dum singulos ad  
 „riuntur, universi vincamur.,,

„Det Deus, ut vel sic conjuncti Ec-  
 „clesiarum nostrarum securitati latè  
 „provideamus, quas in rupem æterni-  
 „tatis fundatas ipse Dominus Nostris  
 „Jesus Christus statuminet ac conserve-  
 „nec permittat, ut portæ inferni ad  
 „quando contra illas prævaleant. Hoc  
 „fovemus omnes. Ad hoc junctis viri-  
 „bus pariter contendamus: Mutuo Nos  
 „invicem cohortantes, ut olim Fratrem  
 „Militesque suos Dux ille magnanimus  
 „Joabus, cum a Syris atque Ammoniti-  
 „is ultis alienigenis simul impeteretur  
 „Israel Dei 2. Reg. 10. 12. viriliter age-  
 „mus & invalescamus pro populo nostro  
 „& pro civitatibus Dei nostri, & Dominus  
 „faciat, quod bonum in oculis suis.,,

*Viri Amplissimi spectatissimi Fratres,  
 in Domino Christo Colendissimi.*

Ex ædibus nostris Lambethanis idibus  
 Januar. A. D. 1720. St. nostr. An. 1719.

*Confrater Vester in Domino  
 dilectissimus.*

W. Cant.

*Illustrissimis Viris,*

Palatinatus Electoralis Senatus Ec-  
 clesiastici Præsidi, atque Con-  
 siliariis prudentissimis Fratribus  
 in Domino Colendissimis.

§. XLIV

## §. XLIV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.*Ecclesia Heidelbergensis ad S. Spiritum Calvinistis adempta.*

Longe graviolem molestiam Heidelbergenses Calvinistæ Electori Palatino Principi suo intulerunt occasione Ecclesiæ ad S. Spiritum. Hoc Templum jam ad initium Sæculi XIV. Palatinus Rupertus Romanorum Imperator unacum Collegio Canonicorum ad suum, suæque Aulæ usum fundavit, prout etiam in ejus choro sepeliri voluit, ejusque monumentum sepulcrale ibidem adhuc conspicitur, postquam vero Ludovicus Elector Palatinus a fide Catholica defecerat, hanc Ecclesiam Anno 1577. Lutheranis concessit, quibus tamen Joannes Casimirus, dum durante minorennitate Friderici IV. Regiminis administrationem gereret, hoc Templum unacum reliquis eripuit, & pristinum Dei cultum rursus invexit, Anno autem 1583. illud Calvinistis attribuit: Hi quoque prævalente potentia, hanc Ecclesiam semper possederunt, usque dum die vigesima prima Novembris anno hujus sæculi quinto Chorus Templi a Navi per murum distinctus, Catholicis redderetur, integra navi Calvinistis relicta. Hoc autem

anno

*Paræus  
Hist. Palat.**pag. 174.**Pfalz.**Kirchens-**Hist. c. 7.**§. 2. c. 13.**5. III 8.**Lettr. Hist.**Sept. p. 312.**Oct. p. 433.**& seqq.*

Sæc. XVIII. anno die vigesima nona Augusti Cas-  
 A.C. 1719 lus Philippus Palatinus Elector  
 suum Præsidentem Barouem de Hille-  
 heim & Consiliarium Beckerum con-  
 vocato Senatui Calviniano, ut vocatur  
*Ecclesiastico* exposuit, quod spectato  
 quo semper omnes suos subditos sub-  
 levans, in unitate conservavit, frustra  
 vicissim confusus fuerit, Calvinistis  
 gratum exhibituros animum, ac Prin-  
 cipi suo Templum sancti Spiritus, in  
 pote Aulicam Ecclesiam pro Electo-  
 rum sepultura destinata, denuo ex-  
 furos, præcipue cum jam dudum ex-  
 pollicitus esset, curaturum se, ut Ec-  
 clesiam æque amplam ac ipsa Ecclesia  
 navis esset, vicino in loco ædificari  
 possent, atque ad eam Princeps  
 magna, lapides, omnemque alium appo-  
 ratum suis sumptibus suppeditaturus  
 foret: Suum vero consensum man-  
 festare tergiversantibus Calvinistis  
 Elector denuo hujus Ecclesie navim ex  
 precario indultam sibi ultro restituit  
 tiit, eo potissimum nomine, quod  
 a Ruperto Imperatore pro Aulico Tem-  
 plo erecta, ad Catholicum Dei cultum  
 & Palatinorum Principum Sepulturam  
 destinata sit, nunc vero solius Calvinis-  
 tæ angustiae maxime auctum Aulicorum  
 domesticorum, ceterorumque Catho-  
 licorum numerum adeo non capere

ut eorum potissimi extra Ecclesiæ fo-  
 res in platea consistere cogentur, nec  
 etiam Principum exequiæ celebrari,  
 nec in arctissimo chori spatio castrum  
 doloris erigi, vel in lætitiæ diebus  
 Hymnus: *Te Deum* &c. cantari valeat:  
 aliunde vero Ecclesia S. Jacobi Patri-  
 bus Carmelitis Discalceatis vitam con-  
 templativam profitentibus dono data  
 fuerit: e contrario autem Calvinistæ  
 in Templo D. Petri, quod private oc-  
 cupant, pro sectæ suæ cultu sat amplum  
 esset, aliunde vero in Ecclesiarum di-  
 visione Catholici fuissent fraudati, nec  
 p. m. Elector, qui Religionis declara-  
 tionem Anno 1705. erexit, ad Succes-  
 sorum præjudicium hanc Ecclesiam E-  
 lectoribus adimere potuerit, ac pro-  
 pterea si hi Electores Regiam suam  
 Heidelbergæ fixissent, absdubio (prout  
 Joannes Casimirus qua Administra-  
 tor fecerat) hoc Templum pristino cul-  
 tui restituissent, cum indecorum sit,  
 quod Princeps Dominus territorialis  
 in sua Metropoli nequidem integram  
 suæ Religionis Ecclesiam possideat: Ex  
 his rationibus sperabat Elector, Cal-  
 vinistas hoc Templum ei ultro cessuros,  
 ni vero consentire vellent, præfatam  
 navim ipsis nihilominus adimendam,  
 relicta eis duntaxat suo ære aliud Tem-  
 plum ædificandi facultate, declarabat.

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

Y

§. XLV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XLV.

*Calvinistarum Prædicantium oppositio contra Electoralis decreti executionem.*

*Fabr. l. c.  
pag. 126.  
tom. 34.*

Percepta hac Electoris propositione Prædicantes seu Consilium Ecclesiasticum Calvinistarum deliberant, spatium sibi concedi postulabant, altera autem die Præsidis Secretarium quod Calvinistæ eadem adhuc die præfata Ecclesia sectæ suæ Sacramenta egissent, questus, hujus Templi Præsidi Baroni de Hillesheim tradidit. Tandem vero Calvinistæ decernunt, quod in hanc cessionem consentire haud possent, eoquod in ipsorum potestate duntaxat sit Templum conservare, non autem alienare, hoc Templum vero ex Principum transactione solis Calvinistis attributum nunquam fuerit Aulica, sed civica & Ecclesiastica, nec ab Aulæ sed Civitatis Concionatore administrata, nec Ecclesiæ navis, sed solus chorus Principum sepulturæ fuerit attributus, aut demum Catholicorum numero Ecclesia ad S. Jacobum sufficeret, vel cho- rorum dilatari posset, & in Ecclesiarum distributione Catholici, cum eis ferme in Ecclesiæ contigerint, non fuerint trans-

dati, atque Elector defunctus ipse in Sæc. XVIII.  
 choro sine oppositione, Catholicorum A. C. 1719.

Sacris interfuerit, denique vero, si Calvinistæ hoc Templo spoliari possent, quia Rupertus hanc Ecclesiam pro Catholicis & Catholico Dei cultu fundavit, omnes in toto Imperio Ecclesie unacum proventibus Calvinistis eripi, & Catholicis restitui deberent. Profecto vi metuque ablata restituere, æquitatis leges præciperent, ni armorum prosperitas Catholicis inuisa, majorisque jacturæ metus contraria extorsisset pacta.

Cum ergo allatæ excusationes infirmis oppido rationibus inniterentur, Elector die secunda Septembris Calviniano Consilio Ecclesiastico significari jussit, ut Ecclesie claves Præsidi traderent, quas etiam Ædituus Cochemio consignavit, reclamantibus Calvinianis Prædicantibus, qui alias claves in promptu habentes, Ecclesie foribus intus pessulum obdiderunt, ferram vero illius januæ, per quam ad Navim aditus patebat, immutari curarunt: Automatario autem horologium temperante, quidam Catholici funibus sese in Ecclesiam demiserunt, janisque intus apertis, Præses Baro de Hillesheim, Beckerus, Suffraganeus, & Pflugius militum Tribunus aliique Ec-

Sæc. XVIII. clesiam ingressi, accessum militibus  
 A. C. 1719. fideri, murumque, quo chorus a  
 distinguebatur, per latomos dejici  
 ferunt. Querenti Hermano Præb  
 canti, quod Ecclesia eis vi eriperetur  
 Elector non ipsis eripi, sed aliam  
 stitui Ecclesiam respondit, declarans  
 que, id juris sibi competere ex Mo  
 nasteriensis pacis auctoritate, ac  
 inde profluente reformandi jure, cum  
 nullus Imperii Status esset toleratus  
 ut in suo Aulico Templo alia præ  
 eam, quam Princeps territorialis  
 fitetur, religio exerceatur, nec Elector  
 præsens Religionis recessu Anno 1719  
 interim facto, præcipue cum p. m. Ele  
 ctor semper absens, ejusque Aulici  
 exiguo numero præsentis fuissent,  
 quæ ab eo precario concessa fuere,  
 que adeo adstringi possit, ut suæ  
 religionis cultum in alio, quam in  
 ad hoc fundato exercent, suorum  
 Principum sepulturam aliorum tra  
 ferat, vel illorum Principum cadaver  
 insepulta relinquat, prout tamen  
 ctoris Nepos Princeps Sulzbacensis  
 hucdum sine sepultura asservari de  
 rit: quod autem Elector nequaquam  
 uti Prædicantes falso spargebant,  
 ligiones in Imperio toleratas opprimere  
 intendat, demonstratum ibat ex  
 quod ipsemet Lutheranos a Carolo  
 dom

dovico & Carolo Calvinianis Electori-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 bus ejectos denuo permisso libero Re-<sup>A. C. 1719.</sup>  
 ligionis suæ exercitio, tam in Ecclesia-  
 sticis quam politicis protegat, & citra  
 omnem obligationem suam benigne per-  
 mittat, ut reclamante etiam pacis de-  
 creto Calvinistæ Parochiales Ecclesias  
 possideant.

§. XLVI.

*Summi Pontificis literæ gratulatoriæ  
 ad Electorem Palatinum.*

Quamprimum Clementi summo Pon-<sup>Epist.</sup>  
 tifici innotuerat, quod Carolus <sup>Clem. XI.</sup>  
 Philippus Elector Ecclesiam S. Spiritus <sup>pag. 2578.</sup>  
 Catholicis rursus vindicavit, ad eun-  
 dem gratulatorias hasce literas die  
 octava Octobris dedit:

„Justo, ac vere Catholico Principe  
 „maxime dignum consilium suscepit  
 „Nobilitas Tua, inique sui Regiminis  
 „primordia feliciter auspicata est, dum  
 „majorem Ecclesiam Heidelbergensem  
 „orthodoxæ Religionis Cultoribus, qui-  
 „bus per summam injuriam olim ere-  
 „pta fuerat, non ita pridem restitui  
 „jussit, & frementium A catholicorum  
 „querelas ac minas, magno, fortique,  
 „ut par erat, animo despexit. Ejus-  
 „modi nuntium, quo Nos affecerit  
 „gaudio, vix exprimere verbis possu-  
 „mus.

Sæc. XVIII. „mus. Præclarum itaque factum Tibi „refe  
 A. C. 1719. „nunc majorem in modum gratulamur „init  
 „meritisque laudibus pietatem, & eos „dec  
 „stantiam tuam hoc literarum nostræ „W  
 „rum testimonio prosequimur, uberius „rio  
 „ribus certe præconiis in Ecclesiasticis „mif  
 „Annalibus celebrandas. Hac autem „arē  
 „occasione Nobis temperare non possi- „ces  
 „mus, quin Tibi in mentem revoce- „stat  
 „mus infauftam illam sanctionem seu „ac  
 „declarationem, *recessum Religionis pro* „fui  
 „*inferiori Palatinatu, eique annexis Diti-* „in  
 „*nibus nuncupatam, quam bonæ me-* „des  
 „*morix Joannes Wilhelmus, dum re-* „30  
 „*xit S. R. J. Princeps Elector Fran-* „riu  
 „*tuus germanus die 21. Novembris An-* „æq  
 „*no 1705. a pravis subdolisque conse-* „mo  
 „*liis deceptus edidit, ac promulgavit.* „der  
 „Eam Nos, uti probe Nosti, omniaque „jur  
 „illius capita, quæ Catholicæ fidei „sub  
 „divino cultui, animarum saluti, Ec- „fili  
 „clesiæ & Apostolicæ Sedis Auctoritate „gu  
 „jurisdictioni, libertati, privilegiis „pa  
 „prærogativis, & juribus quibuscu- „ca  
 „que, quomodolibet officiebant, seu „jun  
 „præjudicium aliquod inferebant, seu „fid  
 „inferunt, seu intulisse, vel alias nocere „ha  
 „seu nocuisse quodammodo dici, esse „cu  
 „feri, vel intelligi poterant, cum op- „ill  
 „nibus & singulis inde secutis, & quo- „lic  
 „modocunque secuturis, pro Pontificis „ha  
 „muneris nostri debito reprobavimus „sti  
 „relic

„rescidimus, & nulla ac irrita ab ipso Sæc. XVIII.  
 „initio fuisse & esse, ac perpetuo fore A. C. 1719.  
 „declaravimus, eundemque Joannem  
 „Wilhelmum Principem Electorem se-  
 „rio ac sedulo admonere non præter-  
 „misimus de ea, quæ illi incumbabat,  
 „arctissima obligatione præfatum re-  
 „cessum, rebus omnibus pristinum in-  
 „statum restitutis, ita habendi, perinde  
 „ac si nunquam editus vel evulgatus  
 „fuisset, quemadmodum in aliis nostris,  
 „in simili forma Brevis ad prædictum  
 „defunctum Principem Electorem die  
 „30. Julii 1712. conscriptis literis ube-  
 „rius continetur. Exceptit ille quidem  
 „æquo ac obsequenti animo Pontificia  
 „monita nostra & die 28. Augusti ejus-  
 „dem anni Nobis respondit, supremo  
 „juris sanctæ Sedis judicio se humiliter  
 „subjicere, ac uberrima, quæ debebat,  
 „filialis suæ erga Nos obedientiæ ar-  
 „gumenta re ipsa daturum esse, neque  
 „passurum, ut in tuendis, aut vindi-  
 „candis Ecclesiæ, orthodoxæque fidei  
 „juribus, quidquam Nobis ab ipso de-  
 „siderandum superesset, & sane eum in  
 „hanc curam, quoad vixit, sedulo in-  
 „cubuisse non dubitamus. Verum quia  
 „illo humanis rebus exempto Acatho-  
 „licos, quorum artes satis compertas  
 „habemus, ab impio proposito non de-  
 „stitisse, neque destituros se, merito for-

Sæc. XVIII. „midamus. Idcirco Nobilitatem tuam  
 A. C. 1719. „hortandam ac obtestandam esse ducimus,  
 „mus, quemadmodum nunc imperatorem  
 „hortamur, & obtestamur, ut eo imperatore  
 „plane insigni orthodoxæ Religionis  
 „Zelo, quo ductus Heidelbergensem Ecclesiam  
 „Catholicis nuper restitui iussisti, hæreticorum  
 „conatibus fortiter obsistas, damnatum  
 „ejusmodi recessum in tuis ditionibus  
 „observari minime patiaris, ac ea, quæ  
 „demortuæ Frater non implevit, omni ope  
 „fervore perficere contendas, quamquam  
 „re tibi etiam defutura non esse confidimus  
 „studia dilecti Filii Nobilis Virescentis  
 „Francisci Ludovici Electi Trevirensis  
 „S. R. J. Principis Electoris Fratris tuum  
 „qui quoad, ea, quæ Wormatiensium  
 „diæcesim illi commissam respiciunt, se  
 „diligenter curaturum esse, ut antea  
 „dictus recessus inibi nequaquam  
 „servaretur, die prima Septembris  
 „1712. datis literis ad Nos perscriptis  
 „Age itaque dilecte Fili, Nobilis Virescentis  
 „Ecclesiæ Religionis, ac Dei causam  
 „strenuo constantique animo tue  
 „perge, partisque laudibus novum  
 „dies cumulum adjicere stude.”

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XLVII.

*Ejusdem summi Pontificis epistola ad  
Trevirensis Electorem in eadem  
hac causa.*

Querebatur identidem Carolus Pala-  
tinus Elector, quod Calviniani  
Prædicantes in causæ suæ subsidium  
apud Ratisbonensia Imperii comitia va-  
ria adhibuissent mendacia, & existi-  
mata Religionis gravamina longe ali-  
ter, ac reipsa initio fuerint, exposuis-  
sent, atque a propriolice ipsorum Pastore  
de falsitate convicti, querelas tamen de  
ademptis Ecclesiæ proventibus, & in vecto  
Simultaneo motas fuisse, necnon Uni-  
versitatis ædem milite obsessam & Stu-  
diosis accessum fuisse denegatum, (quod  
tamen mendacium publicis typis revo-  
care coacti sunt) falso retulissent, cum  
ergo in super sparsissent, Præsidentem in sua  
prima propositione (quod tamen *alia  
in causa* non nisi discurrendo insinuave-  
rat) Palatini Electoris nomine Calvi-  
nianis Prædicantibus proposuisse, quod  
Trevirensis Elector Palatini Electoris  
Frater dixisset, se, cum Heidelbergæ  
qua Episcopus Wormatiensis Ordinarius  
degeret, inde non discessurum, donec  
Templum S. Spiritus Catholicis fuerit  
restitutum, Trevirensis Elector, per-  
inde

*Faber p. 272.  
228. 232.  
272. t. 35.  
Epist.  
Clem. XI.  
pag. 2578.  
tom. 34.  
p. 123. 139.*

Sæc. XVIII. inde acsi sese Fratris sui regimini  
 A. C. 1719. gerere vellet, tacite objurgatus, Cal-  
 vinianos ad palinodiam cantanda  
 compulit. Ut ut vero res se habuerit  
 id omnino certum est, quod idem Fran-  
 ciscus Ludovicus Elector Trevirensis  
 pro immoto suo Religionis studio præ-  
 fatum Templum Catholicis restitui  
 summis votis desiderarit; unde etiam  
 summus Pontifex ad eundem has de-  
 dit literas: „Præclari facti, quo  
 „lectus Filius Nobilis Vir Carolus Du-  
 „Neoburgi, Comes Palatinus Rheni  
 „S. R. J. Princeps Elector Nobilitatis  
 „tuæ Germanus Frater sui Regimini  
 „primordia nuper illustravit, restitui  
 „Catholicis Majori Ecclesia Heidelber-  
 „genſi, rejectisque constanti animo he-  
 „reticorum querelis, ac minis magna  
 „partem tibi ipsi deberi, qui fraternam  
 „pietatem ad id incitasti, perlibenter  
 „accepimus. Post actas igitur Divina  
 „Clementiæ debitas gratias, quod te  
 „stos piosque ejusmodi sensus tibi in-  
 „spirare dignata fuerit, prætermittentes  
 „nullo modo possumus, nec debemus  
 „quin eximium Zelum tuum tum aliis  
 „tum hac ipsa occasione luculenter ex-  
 „plicatum effusis, ac plane dignis lau-  
 „dibus extollamus, tibi que meritum  
 „gratulemur, quod sane iugens apud  
 „Deum, cujus causa imprimis agitur

„adeptus fuisti. Quamvis autem egre- Sæc. XVIII.  
 „gie currenti stimuli addendi non sint, A. C. 1719.  
 „pastoralem tamen sollicitudinem no-  
 „stram cohibere nequimus, quin te im-  
 „pense adhortemur, ut eundem Ca-  
 „rolum Principem Electorem Fratrem  
 „tuum similiter urgere & inflammare  
 „velis ad infaustam illam, ac a Nobis,  
 „ut bene nosti, palam reprobata san-  
 „ctionem, seu declarationem, recessum  
 „Religionis pro inferiori palatinatu,  
 „eique annexis ditionibus nuncupatam,  
 „quam bonæ memoriæ Joannes Wil-  
 „helmus dum vixit S. R. J. Princeps  
 „Electoritidem Frater tuus Anno 1705.  
 „promulgavit, pro vere rescissa, & ab-  
 „rogata habendam, atque nullatenus  
 „observandam, quemadmodum Nos  
 „ipsi aliis nostris in simili forma Brevis  
 „hac die datis literis prædictum Caro-  
 „lum Principem Electorem Fratrem  
 „tuum ad id vehementer incendimus  
 „ac excitavimus. Sed longe profecto  
 „acrius incitamentum illi præbendum  
 „fore confidimus ab exemplo tuo, cum  
 „satis Nobis compertum sit, te pro sin-  
 „gulari, ac perspecta vigilantia tua  
 „omni ope ac studio indefinenter hacte-  
 „nus curasse, & in posterum etiam cu-  
 „raturum semper esse, ut memoratus  
 „recessus in Wormatiensi tum etiam  
 „pari nostra Censura confixæ Altran-  
 „staden-

Sæc. XVIII. „stadenses illæ infelices pactiones, quæ  
A. C. 1719. „dudum videlicet Anno 1707. ab He-  
 „ministris claræ memoriæ Josephi du-  
 „viveret, in Romanorum Imperato-  
 „rem Electi Nepotis sui Sueci Admi-  
 „nistri extorserunt, in Uratislaviæ  
 „civitatibus, & diæcesibus fidei tuæ  
 „hac sancta Sede commissis quovis pro-  
 „fus effectu careant, ac si nunquam  
 „emanassent, omniaque pristinum  
 „statum restituantur, prout tuis die-  
 „bus Septembris 1712. conscriptis li-  
 „ris diserte Nobis pollicitus fuisti &c.

## §. XLVIII.

*A catholicorum Principum officia Cal-  
 vinitis Heidelbergensibus  
 impensa.*

*Electa Juris* Insuperhabitis Palatini Electoris  
*publ. t. 19.* tionibus Principes A catholici He-  
*pag. 604.* delbergensium Calvinistarum causam  
*Relat. Hist.* gnaviter urgebant, eamque Jacobus  
*Eccl. c. 14.* Haldane Britanicus Orator, & Dominus  
*§. 12.* bergius Legatus Hasso - Castellanus  
 junctis viribus Viennæ in Aula Cæ-  
 rea potenter agebant. Præprimis  
 Rex Borussiæ die vigesima Octobris  
 Philippum Hechtium Schwezingæ  
 posuit, sibi haud persuaderi posse, quod  
 Elector contemptis Imperii legibus  
 publicisque pactis Romano Clero Pro-  
 testan-

testantes variis violentiis contra con- Sæc. XVIII.  
 scientiæ libertatem vexandi arbitrium A. C. 1719.  
 relinquere velit, sed potius ereptam  
 Ecclesiam unacum ejusdem proventi-  
 bus reddere, investum Simultaneum  
 abolere, & ceteris religionum querelis  
 medellam afferrè paratus sit. Verum  
 ad hæc Elector per Baronem de Hil-  
 lesheim, & Consiliarium Becker re-  
 posuit, Regi haud ignotum esse, quod  
 chorus in majoribus festivitibus, &  
 pro sepulturis Palatinorum Principum  
 nimis angustus esset, se vero jam du-  
 dum aliam Ecclesiam pro solis Calvi-  
 nistis suo ære ædificaturum, fuisse pol-  
 licitum, hos vero hanc gratiam non  
 modo respuisse, sed etiam ad poten-  
 tiores Principes recurrendo frivolum  
 movisse gravamen, cum tamen tam  
 inter Catholicos quam Protestantes  
 Principes nil magis commune esset,  
 quam ut Tempia, Monasteria, aliaque  
 publica loca salva Religionis libertate  
 transmutentur. Attamen præfatus  
 Orator opposuit, usitatam commuta-  
 tionem dici haud posse, si Ecclesia ab  
 Annis 150. possessa, & per publicam  
 pacem adjudicata invitis Calvinistis vi  
 eripiatur, novæ autem ædificandæ  
 exemplum in & post pacem Westphali-  
 cam ægre reperiri, in ea autem diserte  
 statutum esse, *ut turbati, aut quocunque*  
*modo*

Sæc. XVIII. modo destituti sine ulla exceptione restituti  
 A. C. 1719. tur, nec considerandum, a quo & a  
 quem finem aliqua Ecclesia fuerit restituta, sed quis eam anno decreto  
 possederit, aliunde vero Chorum amplum esse, ceterisque Catholicis  
 huc septem alias Ecclesias esse restitutas: His perceptis Elector declaravit,  
 se hac in re nil Imperii pacis legibus adversum fuisse aggressum, &  
 que id coram Cæsare & Imperio, quorum sententia esset præstolanda, demonstraturum: Borussiam autem Regem sæpe ab Electore interpellatum Catholicis in Clivensi, Marchiana & Ravenspurgensi ditone oppressis hactenus nullum remedium adhibuisse, & insuper Magdeburgensi, Halberstadiensi & Mindensi Clero gravissimas ærummas fuisse comminatum. Enimvero Borussiam in solis minis haud hæsit, sed singulari mandato die vigesima Septembris in Ecclesia Cathedrali Mindensi Catholicis Religionis Catholicum cultum interdixit, & per Calvinianam Prædicantem ad populum dici, ac Templum claudi, redditus sequestro addidit, & Monachos in Principatu Halberstadiensi ex tribus suis Monasteriis non ex Hamerslebiensi conventu ejusdem jussit, Elector quoque Brunsvicensis necnon Hassiæ Landgravius Tempora

Mon  
 nibu  
 agen  
 perat  
 Nove  
 supre  
 Com  
 gatis  
 cipib  
 rentu  
 contr  
 petii  
 ulter  
 per p  
 rent,  
 ptius  
 quo  
 gator  
 sent,  
 æqu  
 dita v  
 ut ip  
 facer  
 præst  
 causs  
 esse c  
 lativ  
 hinc  
 tionib  
 Bata  
 Cath  
 vehe

Mon

Monasteria Catholicorum in suis ditio- Sæc. XVIII.  
 nibus occludi præcepit. Violenta hæc A. C. 1719.  
 agendi ratio summopere displicuit Im-  
 peratori, qui etiam die vigesima quarta  
 Novembris per Cardinalem Saxonicum  
 supremum in comitiis Ratisbonensibus  
 Commissarium horum Principum Le-  
 gatis significari iussit, Cæsarem a Prin-  
 cipibus, de quibus Protestantes quere-  
 rentur, per Cæsarea rescripta, ut totius  
 controversiæ series sibi exponeretur,  
 petiisse, eosque admonuisse, ut ad  
 ulteriora non procederent, sed rem  
 per pacificam transactionem compone-  
 rent, sperasse se, hanc viam eo prom-  
 ptius a Protestantibus ratam haberi,  
 quo luculentius ipsimet per suos Le-  
 gatos amicam compositionem suasif-  
 sent, simulque declarassent, minus  
 æquum esse, ut altera parte non au-  
 dita via facti procederetur, minus vero,  
 ut ipsi a jure retorsionis initium caus-  
 facerent, sed potius Cæsaris iudicium  
 præstolarentur. Cum vero Protestantes  
 caus-  
 fac-  
 inquisitionem supervacaneam  
 esse censerent, ubi juxta annum regu-  
 lativum sectæ libertas certo stabilita est,  
 hinc non modo Catholicos in suis di-  
 tionibus acriter vexabant, sed etiam  
 Batavos, aliosque Principes ad parem  
 Catholicorum oppressionem incitabant,  
 vehementer querentibus Principibus  
 Catho-

Sæc. XVIII. Catholicis, qui suam agendi rationem  
 A. C. 1719. egregie vindicabant, & quamplurimum  
 Religionis gravamina contra Protestantes exhibebant: Imperator quoque  
 transmissio decreto querebatur, quod ipsi Cæsaream quidem auctoritatem  
 hac in causa implorassent, relicta autem  
 tem juris via jus repressaliorum in  
 perio haud tolerandum exercere, ad  
 extrema remedia adhibere, violentas  
 injurias comminari, per literas ecclesiasticas Danos, Batavos aliosque  
 ad æquales vexationes concitare, priusquam accusati Electoris Palatinus  
 vindicæ audirentur, & Cæsaris ius  
 cium ferri posset, præfestine sibi metipsum  
 jus dicere præsumerent, nec non ea, quae  
 ab Electoribus Catholicis gesta fuerant  
 Cæsari imputare, verbisque hucusque  
 non auditis Sacram Cæsaream Majestatem  
 statem in publicis scriptis proscindere  
 & in quibusdam Universitatibus  
 cipia ad integram rerum perturbationem  
 nem tendentia tradere non reformarent,  
 rent, sibi que non modo circa Reformationem  
 censem clausulam, sed etiam alias in  
 perii, Religionisque causas sententiam  
 ferendi jus arrogarent: cum verò  
 hæc omnia ad solum Cæsaris fore spectent,  
 spectent, hinc Imperator cunctos Protestantes  
 testantes hortabatur, ut Aulico Cæsaris  
 rei Consilii sententiæ, ad quam ante  
 ipsi

ipsum  
 rum  
 præ  
 lenfe  
 Anni  
 nullo  
 Temp  
 dition  
 Heid  
 tanti

Cur

ris p  
 æqui  
 Elect  
 fine  
 fertu  
 fras  
 scien  
 ctus  
 Heid  
 Calv  
 datis  
 conf  
 Wel  
 tion  
 supe  
 trov  
 Hi

ipsimet provocassent, stare velint. Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
 rum Protestantium Principum Legati præter pacem Westphalicam & Hal-  
 lense pactum aliam normam, nisi  
 Anni 1705., agnoscere detrectabant,  
 nulloque pacto Calvinistæ præfatum  
 Templum Electori, proficuas etiam con-  
 ditiones offerenti, seque Regiam suam  
 Heidelbergam aliorum transferre mini-  
 tanti cedere, pertinaciter decreverunt.

§. XLIX.

*Hujus controversiæ exitus.*

Cum vero Calvinistæ nec Cæsaris mo-  
 nitis, nec amplis Palatini Electo-  
 ris pollicitationibus, nec ipsius causæ  
 æquitate ad officium redigi possent,  
 Elector vero infaustam Catholicorum  
 sine omni culpa oppressorum vicem mi-  
 sertus esset, a suis Præfectis Calvini-  
 stas in quibusdam locis in suæ con-  
 scientiæ libertate turbatos fuisse edo-  
 ctus, die decima quinta Februarii ad  
 Heidelbergensem suam Curiam, &  
 Calviniano - Ecclesiasticum Consilium  
 datis literis præcepit, ut Calvinistæ  
 conscientiæ libertate ipsis per pacem  
 Westphalicam & Anni 1705. declara-  
 tionem indulta perfrui permittantur. In-  
 super die vigesima nona Februarii con-  
 troversi Templi navim Calvinistis esse  
 resti-

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

Z resti-

Sæc. XVIII. restituendam, cunctaque Ecclesiasticis  
 A. C. 1719. Catholici ritus ornamenta inde  
 movenda, mutuas criminationes, con-  
 vitia &c. fugienda, inque cetera Re-  
 gionis gravamina per utriusque parte  
 Consiliarios inquirendum esse decrevit.  
 Eo fine Catholici Pro - Cancellarius  
 de Mezger, & Professore ac Doctorem  
 Busch, Calvinistæ vero de Lubow  
 & Professore Thyllium deputarunt.  
 Quamvis autem Elector tam insigne de-  
 mentis suæ specimen erga Refractarios  
 suos subditos exhibuisset, navis  
 claves Riesmanio restitui jussisset, nihilominus  
 Prædicantes eo impudenter devenerunt,  
 ut ab A Catholicorum Principum Legatis  
 sciscitari non erubescerent. I. An consultum foret,  
 hoc Templum ingredi, quamdiu Catholici  
 in cathedram haberent. II. An non per  
 januam Catholicis propriam ingressum  
 deceret. III. An muri, qui chorum  
 a navi discernit, erectio sit petenda.  
 IV. utrum hæc petitio non præjudicet  
 quominus integra Ecclesia unacum  
 exigi possit? Hac temeritate offensus  
 Principum Oratores responderunt, dumtaxat  
 eis ab Electore Ecclesie navim (secundum  
 Catholicis) fuisse indultam, cetera  
 tem Principum sollicitudini esse relin-  
 quenda. Horum vero importunitate  
 factum, ut Imperator die decima mensis  
 Martii

CLE  
 Mar  
 nisti  
 vin  
 Con  
 aliis  
 mode  
 cedo  
 Cæf  
 inju  
 caul  
 imp  
 aud  
 Elec  
 Cat  
 fem  
 conf  
 rum  
 Nec  
 clen  
 ris  
 thol  
 erec  
 zing  
 pron  
 fare  
 mur  
 tam  
 que  
 tini  
 Cat  
 ftior  
 Ele  
 Mar

Martii & sexto post anno rursus Calvinistis intra quatuor hebdomadas navim esse restituendam, advocatisque Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.  
 Consiliariis Ecclesiastico - Calvinianis, aliisque doctis Viris, Catechismum, moderatis durioribus locutionibus esse concedendum decerneret. Id quidem juxta Cæsaris mandatum Elector Calvinistis injunxit, sed hi rursus obluſtabantur, cauſſati, ipſorum conſcientiis jugum imponi haud poſſe: quinimo ſemper audaciores effecti, non permiſere, ut Elector Simultaneum ſeu exercitium Catholicæ Religionis (quod tamen is ſemper antea habuit) in eodem Templo conſervaret, quapropter diſiſionis murum erigere pertinaciter recuſabant: Nec tamen hiſce auſibus frangebatur clementia ac patientia Palatini Electoris, qui vexationes acerbiffimas Catholicis ubique irrogatas redempturus, erecto muro, redditaque navi Schwingæ die decima ſexta Maij edictum promulgari juſſit, vi cujus, donec a Cæsare aliter decretum fuerit, Catechismus rursus edi quidem permilit, ea tamen lege, ut Electoris inſignia, hæcque verba: *Ex permiſſu Electoris Palatini*, necnon gloſſa Cæsari cunctisque Catholicis Principibus injurioſa in quæſtione octogefima omittantur, hæcque Electoralis declaratio novis ejusdem

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

catechismi editionibus præfigatur, Prædicantes Calviniani in explicatio-  
 præfatæ quæstionis ab omni contrarietate  
 abstineant, nec Catholicos *Idololatriæ*  
 &c. vocare præsumant, secus præsumpti-  
 plectendi severissimis. Ne vero Hei-  
 delbergensium Calvinistarum pertinacia  
 omnino impunita remaneret, Elector  
 die duodecima Aprilis declaravit, quod  
 suam Regiam, omnia Dicastria, &  
 Curias Heidelbergæ Manheimium &  
 decima quinta Maij translaturus esse  
 proin etiam Calviniano - Ecclesiastico  
 Consilio eo sese conferret. Neque  
 quoque Principis sui voluntati cedere  
 voluerunt Prædicantes, sed die sexta  
 Maij declararunt, adversus curiam  
 quæ Elector pro prætensa Protestan-  
 tium concordia præcipue circa Senat-  
 Ecclesiastici translationem sine Evan-  
 gelici corporis consensu decreturus  
 set, reclamandum, eaque pro irrita  
 nullisque esse habenda: Nihilominus  
 tamen Calviniani cives exponere  
 debant, se esse innocentes, & ob Te-  
 plum Electoris indignationem ideo  
 fuisse promeritos, eo quod eorum sen-  
 tentiæ quinquaginta illius restitutionem  
 flexi petiissent, & nil ultra tenta-  
 acerbiora autem contra Electorem  
 potentiores Principes movissent, pro  
 inde acsi hi ab eis non fuissent instigati

Ita cum eorum Principibus ludere, Sæc. XVIII.  
 Sæctariis familiare est, imo ipsam etiam A. C. 1719  
 Cæsaream commissionem ad tollenda  
 exillimata eorum gravamina selectam  
 ex variis rationibus suspectam respiciebant, Faber t. 36.  
 talemque esse die trigesima Martii Da- pag. 423.  
 niæ Regi depingebant.

§. L.

*Caroli Imperatoris querelæ contra  
 Protestantium innovationes ex  
 hac controversia attentatas.*

Iniquissimo Protestantes ferebant ani-  
 mo, quod una ex parte quamplurimi  
 Principes a sua secta ad Catholicam  
 fidem reverterentur, ex altera vero  
 parte haud sperare possent, ullum ex  
 Catholicis Principibus in fidei suæ re-  
 bus adeo rudem, hebetemque fore, ut  
 a Catholica fide ad incompositum No-  
 vatorum commentum, quod nonnisi  
 paucis ante annis ad Ecclesiæ systema  
 quorundam Jureconsultorum (\*) arti-  
 bus

Z 3

(\*) Quam operose quantisque inter se con-  
 traditionibus ad hanc usque dum nondum  
 compositis Lutherani Præcones, & Jurecon-  
 sulti jus circa Sacra, jus decidendi doctrinam,  
 jura Majestatica, jura superioritatis territorialis,  
 jus reformandi recta conscientiæ libertati antea  
 tantopere decantatæ adversum &c. recens in-  
 vexerint, atque ipsis primis Reformatibus  
 incognitum excogitarint, videri potest in  
 Struvii Bibliotheca Juris selecta §. XXIII.  
 pag. 510. Edit. VII, Jenen. 1743.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719

bus expolitum est, transire velit: hinc vero eorum augebatur dolor & indignatio, dum probe prospicerent, Principes ad veram fidem reverios jure reamandi, atque simul Religionis Catholicæ exercitium ibi, ubi illud in am regulativo non viguit, introducendum jure ab antiquo sibi competente usurum prout reipfa Electorem Palatinum hunc jure usum fuisse noverant, hinc ut hinc Catholicorum Principum jus infirmarent, & contra Palatinum Electorem, aliosque Principes Catholicos & Territoriales Dominos via facti & propria auctoritate tuerentur, hinc A Catholicorum Principum Legati in Ratisbonensibus comitiis degentes qui se *Corpus Evangelicum* vocant, eorum suorum Jureconsultorum suggestione hoc anno die vigesima secunda Decembris *conclusum*, ut vocant, Cardinalis Saxo-Citiensi supremo Cæsaris Adversario exhibuerunt, hujus tenoris „Ut pernicioso & paci Westphalicæ „verso principio circa jus Simultaneæ „(quod etiam non sine Corporis Evangelicorum displicentia quidam Evangelici Scriptores quodammodo approbant) serio & efficaciter ita exigentia necessitate obvietur, hinc ex variis „qua impressis, qua ineditis scriptis

„præcipua ex Imperii legibus hausta Sæc. XVIII.  
 „argumenta, aliasque rationes ex- A. C. 1719.  
 „cerptissimas, hocque excerptum sub  
 „titulo: *Nullitas simultanei &c.* Cæsareo  
 „Administro tradidimus, consultum-  
 „que fore censuimus, ut illud ad su-  
 „premos Principes & Magistratus trans-  
 „mittamus, eosque, qui in suis ditioni-  
 „bus Academias aut Universitates ha-  
 „bent, rogemus, ut hoc excerptum,  
 „si ita videbitur, approbare, & præ-  
 „fatum libellum, cui titulus. *Nullitas*  
 „*Simultanei*, ad præfatas Scholas trans-  
 „mittere, eisque serio præcipere velint,  
 „ut juxta hujus libelli tenorem Pro-  
 „fessores docerent, eaque principia  
 „amplecterentur. Huic monstruoso par-  
 „tutui alium adhuc supposuerunt factum  
 sub titulo: *Origo Simultanei*. Nimis te-  
 merarius videbatur ausus horum Pro-  
 testantium, qui in Catholicorum præ-  
 judicium, pacis Westphalicæ sensum  
 & illius veritatem historicam pro suo  
 arbitrio pervertendi, Catholicosque  
 Principes antiquissima, & nunquam  
 dubia reformandi ac territorialis  
 juris possessione spoliandi auctoritatem,  
 inconsulto Cæsare ac Imperio, sibi ar-  
 rogarunt: quo enim fundamento pote-  
 rant a Catholicis Principibus petere,  
 ut hanc propositionem affirmativam:

Sæc. XVIII. *Catholicus Princeps territorialis Exercitium Religionis Catholicæ in illis locis, ut illud in anno Regulativo vel non fuit, aliter fuit, simul invehere potest, ex instrumento pacis Westphalicæ probentur cum tamen Catholici a nongentis multo amplius annis in quietâ territorialis possessione, proin juxta propria Protestantium principia in quietâ juris reformandi & simultanei possessione fuerint, & Protestantibus diem & annum, quo de ipsis ante Sæculum XVII nequidem somnium fuit, digito demonstrare valeant, & ne ipsi quidem ex ullo Pacis Westphalicæ Syllaba ostendere possunt, I. quod Protestantium in possessione juris negativi (scilicet quod Catholici Principes simultaneum invehere nequeant) sint. II. Quod Territorialis Princeps Catholicus suæ Religionis exercitium simul invehere nequeat. Nonne Imperatores & Principes Catholici in suis ditionibus Idololatriam, Paganismum & Arianorum sectam etiam ubi prædominabatur, reformarunt, & simul Catholicæ fidei exercitium instrictum, nemine eis hoc jus simultanei & reformandi in dubium vocant invehendi? Si ergo Catholici Principes suam religionem in suas ditiones invehendi, subditos suos ad eam adstringendi, falsamque inde eliminandi*

pote  
quo  
usur  
licon  
igna  
ferit  
que  
sit?  
stant  
pro  
dena  
pote  
Cat  
ligio  
ritori  
ctori  
perp  
dem  
Prin  
ctam  
obilit  
Prin  
facti  
ditos  
usur  
quoc  
relig  
terri  
testa  
tend  
juris  
bus

pote

potestatem seu reformandi jus ab anti-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 quo habuere, quis hujus potestatis <sup>A. C. 1719.</sup>  
 usum eis adimere potuit? quis Catho-  
 licorum Principum adeo rudis, atque  
 ignavus fuit, ut huic juri unquam ces-  
 serit, vel hoc jus sibi ab extero alienæ-  
 que Religionis Principe restringi passus  
 sit? quis unquam consensit, ut Prote-  
 stantes jus reformandi, ejusque praxin  
 pro lege publica haberent? coacti qui-  
 dem id tolerarunt, quia prohibere non  
 poterant, sed nunquam approbarunt, quia  
 Catholici jus reformandi exercitium Re-  
 ligionis, & doctrinam non potestati Ter-  
 ritoriali, & nequidem Episcopali au-  
 thoritati sed soli Ecclesiæ constanter &  
 perpetuo adjudicarunt: petebant qui-  
 dem Protestantes, ut Lutherani, qui  
 Principi Catholico subsunt, suam se-  
 ctam libere profitendi jus haberent, sed  
 oblitere Catholici Principes, qui, cum  
 Principes Protestantes jam antea via  
 facti contra omne jus Catholicos sub-  
 ditos ad suam sectam compulerint, ex  
 usurpata hac Protestantium praxi suos  
 quoque Protestantes subditos ad suam  
 religionem compellendi jus sibi *ratione*  
*territorii & superioritatis* ex ipsis Pro-  
 testantium principiis competere con-  
 tenderunt, ex Regula, *quod quisque*  
*juris &c.* nunquam autem Protestanti-  
 bus concesserunt, ex solo jure Supe-  
 riori-

Sæc. XVIII. rioritatis descendere jus introducere  
 A. C. 1719. novæ sectæ: si tamen Protestantes  
 solo jure Superioritatis jus reformandi  
 sibi vendicant, qua fronte illud Prin-  
 cipibus Catholicis eodem Superiori-  
 tatis jure gaudentibus denegare auti fuerit  
 nonne in Art. V. §. 30. P. W. Cæsar  
 contenderunt de jure reformandi re-  
 gionem in suis subditis A Catholicis  
 nonne propugnarunt, quod ex  
 Protestantium praxi & principiis  
 Ecclesiastici quam sæculares immed-  
 Status Catholici jus reformandi ex-  
 citium Religionis in subditos exercere  
 suos, æque ac Protestantes in suos, po-  
 leant? nonne ibidem *conventum*,  
 conclusum fuit, hoc jus (scilicet re-  
 gionem subditorum reformandi, &  
 hi Domini sui religionem profiteri non  
 libere emigrare permittantur), non  
 statui immediato impediri oportere, pro-  
 jam in pace Religiosa statutum est  
 num existimari potest, quod pacifi-  
 tes, qui §. 27. Art. V. & §. 30. libera-  
 esse debere Domino directo, Religio-  
 suæ exercitium publicum introducere  
 stabilierunt, mox §. 31. Jus territorii  
 Domini vel ad subditorum consentium  
 vel ad statum & observantiam  
 1624. restringere voluerint?

Cum ergo Protestantium Principum  
 Legati Ratisbonæ agentes, qui se

pus *Evangelicorum* vocant, per suos Ju- Sæc. XVIII.  
 reconsultos contra verum P. W. fen- A.C. 1719.  
 sum & verba Jus territoriale Principum  
 Catholicorum in ordine ad invehendum  
 publicum Religionis suæ exercitium per  
 annum normalem vel regulativum re-  
 stringere auderent, hinc Cæsar novos  
 hosce ita sese dicentis Corporis Evan-  
 gelicorum temerarios ausus decreto  
 die duodecima Aprilis edito reprehendit  
 his verbis: „Cum Protestantes sub  
 „nomine *Corporis Evangelicorum* priva-  
 „tim & aliunde ex se nulla atque Im-  
 „perii legibus adversa conclusa inter  
 „se fabricarint, necnon in illis omnino  
 „absona & ad integram Germaniæ con-  
 „fusionem tendentia, & Imperii firmi-  
 „tati præjudiciosa principia invehere  
 „præsumperint, ac insuper præter alia  
 „ad Universitates, & Imperii Romani  
 „Academias ex Cæsaris, & universi  
 „Germani Imperii gratia & benignitate  
 „erectas, & privilegiis ditatas novas  
 „& nonnisi ad dissidia, diffensiones &  
 „tumultus inter Caput & membra con-  
 „citandas collimantes, & ex commu-  
 „nibus Imperii statutis nullatenus com-  
 „probandas, vel inveniendas doctrinas  
 „transmittere, & serio Professoribus  
 „inungere ausi sint, ut juxta hæc  
 „doctrinas doceant, agant & scribant  
 „ . . . . hinc Cæsarea sua Majestas,  
 „ut

Sæc. XVIII. „ut publicam pacem, & unitatem con- „servaret, necnon genuinum, quæ „doctrina & Imperii decreta sint in- „telligenda, sensum tueretur, nulli „tenus permittere potest, ut Pro- „fessores in Universitatibus vel Aca- „demiis ex Cæsaris indulto & privilegio „in Imperio erectis ad alias doctrinas „quam Imperii legibus consonas, mini- „minus vero ad arbitrarias, unquam „duntaxat parti faventes interpreta- „tiones aut ad Imperialium pacis decre- „torum & patriarum legum detorsiones „inducantur, aliterque, quam hucus- „que ex juris præscripto communis usus „tulit, doceant, vel alias invehant inter- „pretationes, nisi quæ mutuo consensu „& usu vel stabilitæ fuerunt, vel deinceps „ceps communi pacto stabiliendæ, & „a Cæsarea Majestate ratihabendæ, „proinde legitimæ firmæque erunt: „mini igitur aliter docere, agere, & „judicare liceat, quam juxta Imperii „lium legum tenorem, & juxta generalem „nam a Cæsarea sua Majestate antiquè „Imperio receptam, communique consensu „sensu illustratam Interpretationem. „Secus enim, si principia omni sunt „mento destituta, & communi bono „omnino contraria, qualia hucusque „stabiliri attentatum, ulterius invehantur, „rentur, Cæsarea sua Majestas communi „pelle-

„pellatur, ut Cæsareos Fiscus Procura-  
 „tores ad exactissimam sui officii adim-  
 „pletionem contra ejusmodi Neotericos  
 „incitaret, ac demum Universitatibus  
 „quoque sua privilegia adimeret, & pro  
 „culpæ merito eas severioribus poenis  
 „plecteret &c. „

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

Verum sic dictum *Corpus Evange-  
 licum* seu A catholici Principum Orato-  
 res hac Cæsaris indignatione parum  
 commoti, die decima sexta Novembris  
 anno sequenti sua principia vindicare,  
 necnon Cæsareæ suæ Majestati utrum-  
 que libellum, sub titulo *Nullitas Si-  
 multanei*, & *Origo Simultanei* tradere,  
 ipsumque Cæsarem edocere præsum-  
 pserunt, qualiter Instrumentum pacis  
 sit intelligendum, quodque sola eorum  
 interpretatio sit sincera & Imperii legi-  
 bus consona intentio, cum tamen an-  
 tiquam per plura sæcula quiete usur-  
 patam, nec unquam in dubium voca-  
 tam possessionem Juris Territorialis Ca-  
 tholicorum Principum in suos subditos  
 intra eorum ditiones eis adimere, &  
 restringere, e contrario autem Princi-  
 pibus A catholicis (quod tamen in nullo  
 Instrumenti Pacis loco stabilitum repe-  
 ritur) alienos subditos contra legiti-  
 mum suum Principem Catholicum pro-  
 tegendi jus sibi vindicare attentent, licet  
 id

Sæc. XVIII. id Pacis Religiosæ §. 23. expresse  
A. C. 1719. interdictum.

## §. LI.

*Diversæ summi Pontificis Constitutio-  
tiones & Epistolæ ad varios.*

*Epist.  
Clem. XI.  
p. 2334.  
Hist. cont.  
Chron. l. 17.  
pag. 764.*

Præterquam quod summus Pontifex  
crebras Catholicorum oppressio-  
avertere, omnibus viribus niteretur  
ac propterea Cardinalem Alexandrum  
Albanum Nepotem suum Viennam  
Cæsarem unacum literis ablegare  
enixe postulans, ut ipse tanquam Ec-  
clesiæ Advocatus atque Assertor quorundam  
articulos Sedi Apostolicæ maxime  
noxios, de quibus in tractationibus  
cis inter Christianos Principes agi con-  
pererat, abrogari curaret, insuper  
gravescentibus variis malis remedia  
& in diversis tunc occurrentibus ca-  
sis suam opem consiliumque paratam  
solicitudine impendit. Præprimis  
Catholicos in Hibernia ab A Catholicis  
Magistratibus irreconciliabili odio  
Romanam Ecclesiam ejusque cultum  
incensis duriolem in modum severis  
mis legibus, maximisque calamita-  
bus exagitari edoctus, Caroli Imperatoris,  
& Ludovici Franciæ & Joannis  
Lusitanæ Regum opem & patrocini-  
afflictis hisce Catholicis impendi,

secunda Januarii enixe precabatur: Eo- Sæc. XVIII.  
 dem ferme tempore nuntiatam erat A. C. 1719.  
 summo Pontifici, quod ex nefaria in-  
 stigatione & dolo schismatici Patriarchæ  
 Armeni de *Eczmiazin*, & alterius cujus-  
 dam nomine *Minas Vartabiet* Tessis in  
 Provincia Georgiæ Catholici Armeni  
 eorumque Missionarii ex Ord. FF. Ca-  
 puccinorum gravissimas injurias, con-  
 tumelias & damna perpeti cogentur,  
 & sultibus cæsi, lethaliter fauciati, bonis  
 exuti, omnique alio calamitatis genere  
 afflicti fuerint, ac insuper ædibus Mis-  
 sionariorum, etsi Regis Persarum per-  
 missu ibidem commorentur, expilatis,  
 & magna Ecclesiæ parte funditus e-  
 versa, soloque æquata, schismatici ad  
 Catholicorum exitium tanta animi a-  
 cerbitate conspirarint, ut eorum im-  
 petum & furorem cohibere nequidem  
 potuerit Princeps loci, quamvis faci-  
 noris indignitate commotus, quantum  
 potuit, resisterit. Eapropter Pontifex  
 die tertia Januarii datis literis Persa-  
 rum Regem impense rogabat, ut om-  
 nes, quotquot fuerunt diræ hujus per-  
 secutionis Auctores vel participes, præ-  
 fertim vero memoratos Patriarcham,  
 & *Vartabiet*, insigni aliqua animad-  
 versione coerceri mandet, & insuper  
 curet, omnia per eos, quanto citius sar-  
 cini damna, quæ tum missionarii, tum  
 etiam

Sæc. XVIII.

A. C. 1719

etiam alii Catholici prædicti immen-  
 passi sunt. Illud autem imprimis  
 genter ab eo petiit, ut Missionariorum  
 domum & Ecclesiam instaurari qua-  
 primum jubeat. Cum enim hæc alia  
 non sint, quam Domicilia quædam  
 pietatis & Sedes atque refugium fide-  
 lium assidue orantium Deum Opt. Max.  
 pro temporum felicitate, & pro im-  
 lumitate Principum, quorum beneficia  
 constabilitæ sunt, Regio Patrocinio de-  
 stitui nequaquam debeat. Illud in-  
 per etiam atque etiam flagitavit, ut  
 Rex Missionarios & Catholicos omnes  
 hac ditone degentes, quam maxime  
 commendatos habeat, eorumque ne-  
 tionibus ope, præsidioque ita suffrag-  
 tur, ut deinceps a schismaticis non  
 plus exagitari, atque vexari non  
 sint, sed ea tranquillitate liberoque  
 tholicæ Religionis exercitio potiantur,  
 quo ipso Rege, ejusque etiam Ma-  
 joribus benigne annuentibus, hunc  
 que potiti sunt. Majori tandem,  
 poterat, animi studio ab eodem Rege  
 postulabat Pontifex, ut Privilegia  
 nia, quæ inclyti ejus progenitores præ-  
 fatis Catholicis & Missionariis clemen-  
 ter indulserunt, rata habere velit,  
 imprimis eos eximat, ac prorsus liberet  
 a gravissima vexatione, quam modo pa-  
 tiuntur ab ejus exactoribus ob infra-

CLEM  
 quæ  
 tribu  
 taxa  
 temp  
 fueve  
 C  
 Mag  
 Resp  
 terer  
 va F  
 tum  
 tiit,  
 men  
 benig  
 H  
 Palæ  
 bant  
 sump  
 Prin  
 tinui  
 Eccl  
 valer  
 fabri  
 niteb  
 lumn  
 cisca  
 pides  
 ciden  
 rent,  
 occa  
 ximu  
 infer  
 H,

quædam, ac eorum vires excedentia Sæc. XVIII.  
tributa, jubeat ergo ab ipsis illud dum- A. C. 1719.  
taxat tributum exigi, quod retroactis  
temporibus juxta vires persolvere con-  
sueverunt.

Cum autem Carolus Imperator,  
Magnus Etruriæ Dux, & Venetorum  
Respublica idem a Persarum Rege pe-  
terent, hinc Pontifex die decima octa-  
va Februarii eorum literas ad præfa-  
tum Regem transmisit, ab eoque pe-  
tiit, ut Barnabæ Episcopo Aspaha-  
mensi præfatas literas consignaturo  
benignas aures præbere velit.

Haud mitius Græci Schismatici in  
Palæstina cum PP. Franciscanis age-  
bant; cum enim hi non sine maximis  
sumptibus, maximo labore, & potenti  
Principum deprecatione a Sultano ob-  
tinuissent facultatem, ut sacri Sepulcri  
Ecclesiam ruinæ proximam restaurare  
valerent, Græci odio & invidia incitati  
fabricam præpedire omni ope & opera  
nitebantur: Eo fine per summam ca-  
lumniam Turcis insufurrabant, Fran-  
ciscanos unice eo intentos esse, ut la-  
pides ex S. Sepulcro semotos, ad Oc-  
cidentalem Ecclesiam suam transfer-  
rent, proin Jerosolymam peregrinandi  
occasionem præscinderent, indeque ma-  
ximum Turcico ærario detrimentum  
inferrent: Hoc mendacium ac calum-  
nia

Sæc. XVIII  
 A. C. 1719  
 nia apud Turcas auri cupidissimos  
 tum valuit, ut mox die trigesima  
 ina Martii Turcæ Græcis permixti  
 fluerent, & Franciscanorum Monas-  
 rium oppugnarent, horti que janua  
 aperta absdubio cunctos Monachos,  
 jamjam flexis genibus mortem ex-  
 ctantes trucidassent, nisi & Jeroso-  
 mitanus Bassa ex Damasco reverti-  
 ac cum valido agmine accurrens,  
 terfectis plusquam viginti, & vulne-  
 tis ferme centum furibundos dissipatis  
 & postea Franciæ Rex a Clemente  
 incitatus, iisdem Patribus securitatem  
 procurasset, quocirca Papa eidem Re-  
 die duodecima Augusti grates repen-  
 eo quod per Marchionem de Bonnac  
 Constantinopoli Oratorem PP. Fran-  
 ciscanis obtinuerit facultatem in-  
 randi hoc Templum: Ejusmodi quo-  
 que literas ad ipsum dedit Orator  
 cujus ope Ecclesia prorsus magni-  
 postmodum fuit erecta. Jam  
 meminimus, quod summus Pontifex  
 ad Tartariæ & Sinarum Imperatorum  
 quosdam Missionarios præmittere  
 creverit, qui eundem Principem  
 Pontificis affectu & de novi Legati Apo-  
 stolici adventu certio rem reddere-  
 His ergo Pontifex die trigesima Janua-  
 ad eundem Imperatorem sequentes  
 teras deferendas tradiderat:

„nunc maxime toti sumus in adornanda Sæc. XVIII.  
 „nova splendida legatione Præsulis A. C. 1719.  
 „multiplicium virtutum fulgore con-  
 „spicui, quem plurimum egregiorum,  
 „ac præsertim bonarum artium, &  
 „scientiarum peritia excellentium viro-  
 „rum comitatu septum, imprimis autem  
 „iis a Nobis instructum mandatis, quæ  
 „nonnisi admodum grata accidere  
 „tibi poterunt, quam primum ad  
 „te mittere decrevimus: cum ta-  
 „men merito vereamur, ne ille ob lon-  
 „gissimi itineris discrimina aliaque im-  
 „pedimenta, quæ hujusmodi expedi-  
 „tionibus sese interponere non raro  
 „consueverunt, ferius, quam profecto  
 „cuperemus, ad Te perveniat, illius  
 „adventum hisce nostris literis, quæ  
 „breviori via ad Te perferentur, ante-  
 „vertendum existimavimus. Susce-  
 „ptum igitur a Nobis consilium Tibi in-  
 „præsens ea mente significamus, ut in  
 „eo perspectum testatumque habeas in-  
 „dies magis, quanti faciamus eximia  
 „tua decora, animi præsertim magni-  
 „tudinem, æquitatem, sapientiam &  
 „prudentiam singularem, quæ summis  
 „laudibus ubique & apud Nos potissi-  
 „mum celebrantur. Illud autem præ-  
 „cæteris voluntatem Tibi nostram ar-  
 „ctissimis vinculis obstringit, quod in  
 „amplissimo tuo Imperio Christianæ  
 „legis

**Sæc. XVIII.** „legis prædicationi favere pergas, &  
**A. C. 1719.** „Apostolicis Missionariis propenso, con-  
 „stantique animo suffrageris. Quæ  
 „tione plurimas humanitatis Tuæ gra-  
 „tias agimus, & sicuti pro certo ha-  
 „bere Te cupimus Nos, quantum quæ-  
 „dem situm in Nobis erit, nihil in-  
 „quam prætermisso esse, quod in-  
 „prævalidum Tuum, ac tantopere ne-  
 „cessarium patrociniū illis uberius  
 „etiam conciliandum pertinere possit  
 „videatur, ita interim nostras, cum  
 „eorundem Missionariorum piis suffra-  
 „giis preces conjungere non desine-  
 „mus, ut divina Clementia diuturnam  
 „incolumitatem & fausta secundam  
 „omnia tibi largiri dignetur. His  
 „vota, quæ intimo cordis affectu  
 „Te concipimus, fusius etiam Tibi  
 „plicari mandamus per Religiosos  
 „Missionarios Apostolicos, qui præ-  
 „tes literas nostras Tibi reddent, quæ  
 „non minus ob eas, quibus ornantur  
 „animi dotes, quam uti nostri ad  
 „mox mittendi legati præcursores  
 „benigne excipere, ac libenter audi-  
 „velis, a Te petimus. Quod super  
 „Deum optimum maximumque, qui  
 „dat salutem regibus, enixe precamur  
 „ut cælestis suæ gratiæ lumine te  
 „fundat, & ad eam clementer ad-

„cet semitam, unde Sedes paratur in **Sæc. XVIII.**  
 „æternæ Beatitudinis principatu.,, **A. C. 1719.**

Postquam Franciscus Arnoldus de Metternich Paderbornensis & Monasteriensis Episcopus die vigesima quinta Decembris mortalitatem exuerat, Maximilianus Emanuel Baviaræ Elector tribus Epistolis ad Papam datis eundem rogabat, ut Philippo Principi ejus Filio ad vacantes hæc Ecclesias Apostolicum eligibilitatis indultum concedere dignaretur: Hanc gratiam eidem contulit, atque ad eundem Electorem die nona Februarii hanc perscripsit epistolam: „Responsum hucusque earatione distulimus, quod re ipsa potius quam verbis mentem tibi nostram declarare optatisque tuis pro eximia nostra in Te benevolentia prius satisfacere cupiebamus. Id profecto Nos, & hæcenus agere non destitimus, quemadmodum ex binis nostris in simili forma Brevis, pro Dilecto Filio Nobili juvene Principe Philippo Nato tuo antehac expeditis indultis cognoscere potuisti, ac uberius nuperime egimus datis hac ipsa die aliis consimilibus literis, quæ unacum præsentibus ad te perferentur, quibus quidem literis. eidem Nato tuo, ut ad vacantes Monasteriensem & Paderbornensem Ecclesias in Episcopum

Aa 3.

„rite

Sæc. XVIII. „rite eligi possit, benigne indulsumus,  
 A.C. 1719. „ac cum eo super Canonicis impedi-  
 „mentis, quæ illi ad id obstabant, an-  
 „plissime, quemadmodum aspicias, di-  
 „spensavimus. Scire tamen te volu-  
 „mus, tuis hac in re postulatis non  
 „illas duntaxat, quas tuis in literis in-  
 „nuisti, sed alias etiam plures, nec qui-  
 „dem levioris momenti, difficultates  
 „adeo obtitisse, ut ad eas submoveres  
 „das necessaria plane fuerit magnitudo  
 „illius paternæ, ac prorsus intimæ cari-  
 „tatis, qua te, inclitæque tuæ  
 „domum in Domino prosequimur. Ce-  
 „terum ubi divinæ providentiæ dispo-  
 „sitione contingat prædictum Princeps  
 „nem Philippum memoratarum Eccle-  
 „siarum, five alicujus earum eligi, quæ  
 „sane Nos vehementer exoptamus, et  
 „suum constitutumque Nobis est, omni  
 „ope curare, ut ille iis omnibus, quæ  
 „sacrum Antistitem decent, virtutibus  
 „plenis imbuatur, eamque vitæ, morum  
 „studiorumque rationem instituat, quam  
 „Nos id expedire in Domino exopta-  
 „vabimus. .,

Promulgato itaque hoc indulto die  
 decima quarta Martii Paderbornensis  
 Canonici, & die vigesima prima eju-  
 dem Mensis Philippum Mauritium Mo-  
 nasterienses unanimi omnium suffragio  
 in suum elegerunt Episcopum, quo te-  
 me-  
 fati-  
 ma-  
 que  
 Cle-  
 suffi-  
 Epi-  
 reti-  
 non  
 dor-  
 tife.  
 utra-  
 con-  
 pun-  
 nari-  
 qua-  
 licis  
 rana-  
 pres-  
 vell-  
 qui-  
 mit-  
 tate  
 mo-  
 din-  
 pre-  
 via-  
 aut-  
 pol-  
 sca  
 just

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

men jamjam duodecima Martii Romæ fatis functo, Monasterienses die vigesima sexta Martii & Paderbornenses sequenti die in defuncti Principis Fratrem Clementem Augustum sua contulerunt suffragia, qui jam tum Ratisbonensi Episcopatu ornatus illum, quem simul retinendi facultatem a Papa obtinere non poterat, suo Fratri Joanni Theodoro cessit. Die autem tertia Maij Pontifex præfato Electori significabat, quod utramque electionem lubenti animo confirmarit, & Neo - Electum Episcopum Clementem monuerit, ut Seminarium Ecclesiasticum Paderbornæ quamprimum erigi curaret, & Apostolicis Missionariis in ditione Hannoverana laborantibus, gravique inopia pressis opportuna subsidia conferre vellet.

Compererat summus Pontifex, quod quidam Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Equites ad commendas, dignitates, aliaque Ordinis beneficia ac emolumenta Professoribus ejusdem Ordinis conferri solita, imo etiam ad supremam Magni Magistri dignitatem viam sibi vel aliis pretio & muneribus, aut temporalis cujusdam emolumenti pollicitatione præmunire non erubescant: unde non raro, nec sine aperta justitiæ læsione, gravi bonorum omnium

Sæc. XVIII. nium scandalo, ac salutis animarum

A. C. 1719. detrimento, malis hisce artibus pre-

„mia illa plerique usurpent, quibus

„spectatæ virtutis Viri non alio, quam

„suorum meritorum intuitu augeri de-

„berent: Eapropter die undecima Fe-

„bruarii acerbis hæcce literas ad Ma-

„gnum Magistrum & Consilium dedi-

„Nos pro muneris nostri debito præ-

„modum solliciti, ut detestabilis ejus-

„modi illicitarum sponsonum vel pa-

„ctionum abominatio procul omnino

„præclaro totius vestri Ordinis ce-

„arceatur, illamque propterea aucto-

„ritate Apostolica tenore præsentium

„perpetuo damnantes, ac reprobantes

„vobis omnibus Dilecti Filii, imo

„per vos eidem toti ordini vestro palam

„& diserte denuntiamus, eos omnes

„qui vetito hoc, atque execrando que-

„stu, præceptorias seu commendas

„dignitates, aliaque beneficia seu ma-

„nera dicti Ordinis, ac multo magis

„(quod absit) magnum illius Magis-

„trium assequi contenderint, aut in

„sive dando sive accipiendo, sive alia

„quomolibet culpabiles fuerint, præ-

„ter electionum, collationum, aliarum

„que provisionum, quas turpibus his-

„mediis fieri contigerit, nullitatem

„quæ quovis etiam longissimi tempo-

„ris, aut diuturnæ possessionis lapsa

CLE

„fan

„qua

„fac

„eju

„sun

„laq

„lita

„mo

„tiu

„se

„di

„ser

„sus

„tra

„ter

„&amp;

„ifti

„leg

„tar

„dic

„tia

„om

„dil

„no

„ca

„pe

de

ptif

tun

die

„sanari minime valet, poenas omnes, Sæc. XVIII.  
 „quæ contra similia perpetrantes, a A.C. 1719.  
 „sacris canonibus & a memoratis  
 „ejusdem Ordinis statutis præscriptæ  
 „sunt, damnabiliter incurrere, nul-  
 „laque bonæ fidei, aut justæ credu-  
 „litas, seu contrariæ etiam imme-  
 „morabilis consuetudinis, quam po-  
 „tius corruptelam declaramus, obtentu  
 „se tueri posse, quo minus poenis præ-  
 „dictis coerceantur, quas Nos harum  
 „serie, quatenus opus fuit, & adver-  
 „sus quemcunque non usum, seu con-  
 „trarium usum, qui quovis modo præ-  
 „tendi, vel allegari posset, restituimus,  
 „& plenarie reintegramus. Si enim  
 „istiusmodi excessus ab ipsis sæculi  
 „legibus severe plectitur, quis dubi-  
 „tare poterit, quin Religiosis, & Deo  
 „dicatis hominibus, injiciat vel incu-  
 „tiant opprobrium? Ab eo idcirco vos  
 „omnes longe lateque abesse cupimus,  
 „dilecti Filii, quibus interim paternæ  
 „nostræ benevolentia pignus Apostoli-  
 „cam Benedictionem peramanter im-  
 „pertimur. „

Paternis hisce monitis Raymundus  
 de Parellos Magnus Magister prom-  
 ptissime obtemperans rescripsit, se, to-  
 tumque Consilium debitam illis obe-  
 dientiam exhibere paratos esse, ac

Aa 5 de-

Sæc. XVIII. deinceps sublata illicitarum pactionum  
A. C. 1719. ac sponſionum corruptela, ſpectatæ diu-  
 taxat virtutis Equitibus Ordinis mo-  
 nera eſſe deferenda: quocirca Pontifex  
 horum Zelum & obſequium transmiſiſ-  
 ſis ad eodem literis die nona Auguſti  
 deprædicabat. Eodem tempore lumen  
 Pontifex perceperat, quod quidam  
 Presbyter ſæcularis, nomine Ste-  
 phanus Botteglia ſeſe Vicarium Gene-  
 ralem & Magnum Regni Conſiliarium  
 palam evulgare, & multiplices juris-  
 dictionis actus in Regno Congi exer-  
 cere non dubitarit, & alius quidam  
 Sacerdos Viſitatoris titulum falſo ul-  
 tavit, necnon ambo eo audaciæ pro-  
 lapſi ſunt, ut PP. Capuccinis, quibus  
 Miſſio Apoſtolica illuc assignata fuit  
 exiſtimationem & fidem apud crea-  
 lam illam gentem penitus abrogaret  
 tandemque eos ex toto Regno ex-  
 cedere compellerent; eapropter Pon-  
 tifex die vigesima octava Martii datis  
 literis Joannem Luſitanix Regem  
 Cardinalem Nuno de Cunha rogavit,  
 ne hos duos Presbyteros aut quemvis  
 alium, qui ibidem Miſſionarii munus  
 obire præſumeret, in Regno conſiſtere  
 paterentur, ſed his diſcedere compul-  
 ſis PP. Capuccinos quantocius reſtitui  
 curarent.

Jam olim Paulus V. Constitutione Sæc. XVIII.  
 sua sanxerat, quod mortuo S. Colle- A. C. 1719.  
 gii Decano nonnisi antiquior in Curia  
 Romana præsens aut ex causa publica  
 vel Pontificis destinatione absens suc-  
 cederet: dubitabant vero nonnulli,  
 an hac lege excluderentur Cardinales  
 promotione antiquiores, qui tum a  
 Curia quidem abfuerunt, sed in illis  
 resederunt Ecclesiis, quæ ipsis tanquam  
 Cardinalibus antiquioribus pro suis ti-  
 tulis assignari solent. Postquam ergo  
 Nicolaus Cardinalis Acciajulus S. Col-  
 legii Decanus fati cesserat, Vincen-  
 tius Maria Cardinalis Ursinus promo-  
 tione antiquior ad hanc dignitatem  
 proin etiam Ostiensem & Veliternen-  
 sem Episcopatus antiquitatis jure vo-  
 cabatur; cum autem Hic Bene-  
 ventanus esset Episcopus, proin a-  
 pud suam Ecclesiam residendi vinculo  
 obstrictus, hanc controversiam sine  
 contentione transigi haud posse cre-  
 deret, D. quoque Paulum asserere  
 sciret, Servum Dei non oportere liti-  
 gare, hinc per suum Advocatum sum-  
 mo Pontifici exposuit, quod grave o-  
 nus, quod Ostiensis & Veliternensis Ec-  
 clesiarum regimen secum ferret, perpen-  
 dens, die vigesima septima Martii sum-  
 mum Pontificem rogabat, ut Fulvio  
 Cardinali Astallio Decanatus dignita-  
 tem,

Sæc. XVIII. tem, & utriusque Ecclesiæ regimine  
 A. C. 1719. deferri patiatur, dummodo in simili  
 casu jura Cardinalium, qui antiquiores  
 res quidem sed extra Curiam in  
 Episcopatibus tum resident, salva  
 maneat: hinc Pontifex die octavo  
 Aprilis ad ejus epistolam hæc respo-  
 nsit: Ex hac tua postulatione, iisque  
 omnibus, quæ illam sequuntur, de-  
 claramus nullum omnino præjudicium  
 inferri posse, aut debere iis juribus  
 quæ de cætero in similibus vacatio-  
 nis Decanatus hujusmodi casibus quo-  
 vis modo competere possent, Car-  
 nalibus promotione antiquioribus  
 tempore dictæ vacationis extra Ro-  
 manam curiam residentibus apud Me-  
 tropolitanas, seu Cathedralis Eccle-  
 sias, quibus eos una cum aliqua  
 illis sex cathedralibus Ecclesiis, quæ  
 ipsis Cardinalibus Antiquioribus  
 eorum titulis, seu denominationibus  
 assignari solent, præesse contigerit  
 sed tam illorum, quam vicissim alio-  
 rum quorumcunque antiquioribus  
 Cardinalium in eadem Romana Curia  
 morantium jura salva prorsus & in-  
 tegra sint, esseque debeant, ita  
 sive ratione Constitutionis felicis me-  
 morationis Pauli Papæ IV. Præde-  
 cessoris nostri circa Decanatum supra  
 dictum

„dictum, Anno Incarnationis Domini-Sæc. XVIII.  
 „cæ 1555. undecimo Kalendas Septem- A. C. 1719.  
 „bris Pontificatus sui Anno primo e-  
 „ditæ, sive aliis quibusvis Constitutio-  
 „nibus ac decretis Apostolicis attentis,  
 „in eodem omnino statu remaneant,  
 „quo erant ante novissimam earumdem  
 „Ostiensis, & Veliternensis Ecclesiarum  
 „vacationem, nec cuiquam ipsorum  
 „per ea, quæ illius occasione peracta  
 „fuerint, aliquid novi juris acquisitum,  
 „aut veteris sublatum esse intelligatur.„

Hanc quoque suam decisionem Pon-  
 tificis die vigesima sexta Aprilis in se-  
 creto Consistorio Cardinalibus expo-  
 suit, & suam necnon Cardinalis Ursini  
 epistolam prælegi iussit. Jam ante  
 duodecim annos Gustavus Leopoldus  
 Comes Palatinus Rheni & Biponti-  
 nus Dux iterato a Pontifice petiit, ut  
 cum Principissa Lutherana sibi con-  
 sanguinea connubium ineundi faculta-  
 tem impetraret, hoc autem anno,  
 postquam præfati Ducatus regimen ad  
 se delatum fuisse significabat, eandem  
 gratiam enixius petebat: id vero rur-  
 sus denegavit Pontifex, eoquod eadem  
 Principissa post tanti temporis spatium  
 ad abjiciendos Lutheranæ sectæ erro-  
 res, & agnoscendam veritatem, nec  
 ejus adhortationibus promoveri, nec  
 melioris fortunæ commodis se al-  
 „lici

Sæc. XVIII. A. C. 1719. lici passa sit, sed adhuc, uti audiverunt Papa, in sua cæcitate constanter persistat, nullumque penitus indicium prædat mentis ad salubriora consilia pensæ, satis igitur perspectum, exploratumque omnibus sit, nullam profecto reliquam esse spem, quod ipsa ad complectendam Catholicam fidem unquam adduci possit. Quænam vero universis Catholicis offensio præberetur, ubi Deum cum hæretica muliere, quæ tam adversum a Romana Ecclesia animum habet, tenus ostendit, connubiali foedere contractam cernerent? quænam contra Catholicis ansa tribueretur se in suis erroribus pertinacius confovendi, dum cum Catholicis matrimonia hujusmodi Apostolicæ Sedis auctoritate, etiamque gravissima causa probari contingerent? Non itaque honoribus, animæ salutis, cujus Pastorem curare gerere debet, non Catholicæ Religionis rationibus congruere arbitraretur Papa, ut Dux ejusmodi matrimonium contrahat, cum præsertim ante principissa in ea jam sit ætate, ut nequeat sobolem polliceri, qua magis me indigeret, imo ipsa indigeat orthodoxa religio, quæ ista in ditione diu consistere nequiret, multoque minus sperata incrementa susciperet, liberi paternæ pietatis hæredes, (quod Deus

Deus avertat) Duci non succederent, *Sæc. XVIII.*  
 ejus idcirco spectatæ probitatis atque A. C. 1719.  
 prudentiæ esse putat ab improvise hac  
 cogitatione mentem omnino avocare,  
 eamque convertere ad aliquam aliam  
 Catholicam suo genere, ejusque præ-  
 claris dotibus dignam fæminam, cujus  
 Nuptiæ ipsi laudem, subditis lætitiâ,  
 & orthodoxæ fidei præsidium, Pontifici  
 autem solatium maximum compa-  
 rabunt.

Denique Pontifex scandalis ex co-  
 habitatione Sacerdotum cum mulieri-  
 bus provenientibus ubique occurrere  
 intentus, die septima Octobris ad Mo-  
 gutinum, Salisburgensem, Pragen-  
 sem, & Argentinensem Archiepisco-  
 pos, necnon ad Episcopos Spirenses,  
 Litomericenses, Frisingenses, Pas-  
 savienfes, Chiemenses, Burgenfes,  
 Neostadienses, Wormatienses, Con-  
 stantienses, Eystettenses, Curienses,  
 Basileenses, Lausanenses, Brixien-  
 ses & Sedunenses graves has dedit  
 literas: „Quoniam nihil est, quod alios  
 „magis ad pietatem, & Dei cultum  
 „assidue instruat, quam eorum vita  
 „& exemplum, qui se divino Ministerio  
 „dedicarunt, profecto eos maxime,  
 „quibus animarum cura commissa est,  
 „tanta decet sanctitate clarescere, ut  
 „eorum mores sint forma gregis, di-  
 „sci-

Sæc. XVIII. „disciplina modestiæ, speculum casti- „Qu  
 A. C. 1719. „tis, exemplum denique cunctis pro „ru  
 „positum ad imitandum. Nihil pro „ex  
 „pterea majori sollicitudine animu „tu  
 „nostrum exercet, & pulsat, quan „m  
 „ut nulla sacerdotalem honestatem co „ut  
 „ruptela deformet, neve ulla adver- „ta  
 „suspicionis labe minuatur integri „su  
 „mæ illorum probitatis existimatio „cu  
 „qui Christi bonus odor esse debent „pe  
 „omni loco, magis autem, ne qu- „bu  
 „rum vita ornari debet Ecclesia, fana „fa  
 „domui Israel in offendiculum iniqu- „ma  
 „tatis. Quomodo enim possent integ- „qu  
 „tati, & incontinentiæ præesse, si „ca  
 „ipsis vitiorum magisteria procedere „ta  
 „hinc non sine acerbo animi nostri „fer  
 „lore accepimus in quibusdam Ge „Or  
 „manæ Provinciis ac potissimum „ræ  
 „in Moguntina Diæcesi, damnabile „pe  
 „consuetudinem invaluisse, ut Pre- „ci  
 „byteri, etiam paræciarum curæ pro „ha  
 „positi, cum extraneis mulieribus „pa  
 „habitent, easque ad domesticum „ræ  
 „nisterium in ipsis quoque Parochia- „tu  
 „bus ædibus adhibere non vereantur „m  
 „ex qua perversitate disciplinæ quan- „ip  
 „animarum damna proficiscantur, „de  
 „que sanctorum Patrum quærelæ „ru  
 „neque sacrorum Conciliorum decreta „qu  
 „neque demum frequentia scandala „D  
 „ignorare Nos, ac dissimulare patiamur „&  
 „Qu

„Quia vero sicut cauta provisio culpa- Sæc. XVIII.  
 „rum vias obstruit, ita neglectus parat A. C. 1719.  
 „excessibus, pastoralementem fraternitatis  
 „tuæ vigilantiam majori, quo possu-  
 „mus, studio, admonendam duximus,  
 „ut quæ per Ecclesiæ leges de cohabi-  
 „tatione mulierum Clericis præscripta  
 „sunt, exacte, ac inviolabiliter servari  
 „cures, atque ejusmodi corruptelam  
 „penitus evellas, ne aut *subsannatori-*  
 „*bus justa obreclationis detur occasio, aut*  
 „*facilem antiquus humani generis inimicus*  
 „*materiam deceptionis assumat.* Nullas ita-  
 „que mulieres (exceptis iis, quas sacri  
 „canones expresserunt, quæque vere  
 „tales sint, ut suspicionem nullam af-  
 „ferre possint) cum Clericis in sacro  
 „Ordine constitutis, ac præcipue pa-  
 „ræciarum curam gerentibus, habitare  
 „permitas, imo nec ullas prorsus ex-  
 „cipias, ubi agatur de eorum co-  
 „habitatione in illis domibus, quæ  
 „parochiali officio, ac residentia, cu-  
 „ræque exercendæ destinatae reperiu-  
 „tur. Neque enim dubitamus, te probe  
 „memorem esse tum eorum, quæ hac  
 „ipsa in re a Conciliis, præsertim secun-  
 „do, Moguntinis provide statuta fue-  
 „runt, tum celebris illius exempli,  
 „quod Nobis reliquit maximus Ecclesiæ  
 „Docteur Augustinus, qui fæminarum,  
 „& in eis sororis, & fratris filia con-  
 „*Hist. Eccles. Tom. LXX.* Bb tuber-

Sæc. XVIII., „tubernium, familiaritatemque vitare.  
 A. C. 1719. „quippe qui diceret, etsi propinqua  
 „mulieres suspectæ non essent, tamen  
 „quæ ad eas ventitarent, posse suspic  
 „cionem efficere. Caveas autem  
 „domesticæ necessitatis prætextu  
 „boli insidiis, & populi suspicionibus  
 „aditus præbeatur, cum vilior ip  
 „famulatus conditio majora in ejusmodi  
 „personis, quæ dominatui subjectæ sunt  
 „pericula suadeat esse præcavenda.

Sub idem tempus Josephus Mex  
 canus Archiepiscopus hæc dubia sum  
 mo Pontifici proposuit. I. An Con  
 titutio: *speculatores Domus Israel* de ale  
 norum subditorum promotione ad S.  
 dines in istis etiam partibus observanda  
 sit. II. Utrum Episcopus ad Ecclesiam  
 promotus, exigere possit administ  
 rationis rationes ab Oecono, Vicariis  
 aliisque Officialibus a Capitulo, S.  
 vacante, deputatis: Ad primum legit  
 Pontifex affirmando respondit, altero  
 vero a Tridentino Sess. 24. de Reformatione  
 cap. 16. decisum fuisse declaravit. Quod  
 terim lacrimæ & gemitus Catholicorum  
 quos via retorsionis Protestantes in  
 ditionibus ob restitutam Ecclesiam He  
 delbergensem dire vexabant, ad  
 ternas summi Pontificis aures penetra  
 bant: Hic ergo ad cunctos Germaniam  
 Archiepiscopos, atque Episcopos

ras dedit, in quibus eos hortabatur, Sæc. XVIII.  
 ut malevolis Protestantium consiliis non A. C. 1719.  
 acquiescerent, nec Catholicos novis ca-  
 lamitatibus opprimi paterentur: Ad  
 ipsum quoque Carolum Imperatorem  
 die secunda Decembris eadem in caussa  
 hæc perscripsit: „Satis cognitum ex-  
 „ploratumque Majestati tuæ esse non  
 „ambigimus justum, pium & salutare  
 „consilium a dilecto Filio Nobili viro  
 „Carolo Duce Neoburgi, Comite Pala-  
 „tino Rheni, S. R. J. Principe Electore  
 „susceptum restituendi Catholicis præ-  
 „cipuam partem majoris Ecclesiæ Hei-  
 „delbergensis, cujus usu & possessione  
 „alias a Calvinianæ hæresis sectatori-  
 „bus per summam injuriam depulsi fue-  
 „rant. Tibi insuper jam innotuisse ar-  
 „bitramur complures Heterodoxos  
 „Principes hoc facto mirum in modum  
 „commotos omni ope, ac studio in præ-  
 „sens conniti, ut memoratum Prin-  
 „cipem Electorem ad reddendam hæ-  
 „reticis prædictam Ecclesiæ partem ad-  
 „ducant; quinimo, sicut audivimus,  
 „ubi nefarium propositum nequaquam  
 „obtineant, a tentanda etiam armorum  
 „via non procul absunt, ac interim,  
 „omnibus Catholicis, qui eorum di-  
 „tiones incolunt, graves hoc nomine,  
 „atque multiplices ærumnas palam mi-  
 „nitantur, maxime præterea verendum  
Bb 2
est,

**Sæc. XVIII.** „est, ne iidem Acatholici Principes,  
**A. C. 1719** „qui suas vires probe norunt, ac re-  
 „putant, Heidelbergensis Ecclesie  
 „tulum suis conatibus in præsens ob-  
 „tendant, sed revera alias occultas  
 „parent orthodoxæ religioni insidias  
 „aliaque deteriora consilia moliantur,  
 „cum diuturno nimis rerum exper-  
 „mento constet, filios hujus sæculi pro-  
 „dentiores filiis lucis esse in generatione  
 „sua. Quoniam vero cuncta hæc opte-  
 „me omnium intelligit Majestas tua,  
 „supervacaneum ducimus fufius expo-  
 „care, quanti momenti sit res, de qua  
 „modo agitur, & quanti interfit, in-  
 „pendentia pericula quam primum  
 „vertere, tibi que solum significamus  
 „gravissimam esse sollicitudinem, quam  
 „his auditis animo concepimus, a qua  
 „tamen eximi tua ope, ac auctoritate  
 „confidimus. Tuæ igitur eximie pre-  
 „tatis, & Zeli erit tam necessarium  
 „tempore inire rationes, ac exper-  
 „media, quæ pro tua singulari prode-  
 „tia magis utilia, ac efficacia fore  
 „dicaveris, ut antedictus Princeps  
 „lector a quibuscunque incommodis  
 „& vexationibus liberetur, ac insupe-  
 „orthodoxæ fidei, ejusque cultorum  
 „indemnitati opportune consulatur. Quod  
 „certe nihil Deo acceptius, nihilque  
 „Te

„Tuo Nomini gloriosius agere poterit Sæc. XVIII.  
 „Majestas tua.,, A. C. 1719.

Exorta erat gravis contentio inter Armachanum & Dublinensem Archiepiscopos; cum enim Dublinensis administrationem Ecclesiæ Parochialis ad S. Catharinam Valentino Rivers admississet, eamque alteri Presbytero cognomine Cavenagh tradidisset, spoliatus ab hoc Archiepiscopi sui decreto ad Armachanum provocavit, qua occasione antiqua etiam de Primatu controversia recrudit: Ut ergo gravissimis periculis & Catholicæ Religionis detrimentis Pontifex tempestive occurreret, die vigesima Decembris hanc controversiam ad se avocavit, cunctaque acta ad Congregationem de Propaganda fide transmitti jussit, præcepitque Administratoribus præfatæ Ecclesiæ, ut hi jura sibi competentia necnon Armachanus causam de Primatu coram eadem Congregatione deducant, & donec causa finita fuerit, administrationem a Sacerdote Cavenagh tanquam Delegato Apostolico gerendam esse sciant, Armachanus vero interim excitatos de utraque controversia sermones e medio tolli, ac prorsus aboleri curet.

Cum vero Senatus Taurinensis hoc anno edictum promulgasset, vi cujus

Sæc. XVIII. omnibus & singulis inhibitum, ne Brevia, vel aliæ literæ Pontificiæ executioni darentur, nisi prius Senatui sint exhibita, atque examinata, utrum nihil indultis, prærogativis, regniq. juribus contrarium vel præjudicium in iis contineatur: eapropter Pontifex gravissimum Ecclesiasticæ libertati, & Pontificiæ auctoritati vulnus inde infligi existimans, hoc edictum die decima octava Augusti damnavit, revocavit, irritumque esse declaravit.

Fervente adhucdum controversia circa usurpatam Abbatæ S. Benigni jurisdictionem Pontifex die decima septima Maij Antonium Bontempo prefatæ Abbatæ & Curiæ Tribunal, non Victorium Amadæum Trona abbatem vocatum, eorumque Ministros sub comminatione anathematis Romam venire iussit. Eodem hoc anno Pontifex controversiam circa Siculum Tribunal intra ipsum & Sabaudia Regem componere satagebat, hancque in re censuras & anathemata in regios abbatum ministros vibrata relaxabat, vicissim vero Rex cunctis Sicilia Episcopis & que Ecclesiasticis quatuor abhinc annis Regno proscriptis redeundi facultatem concessit: Moram huic concordia injicere videbatur Cæsareus Orator qui Mense Septembri a Papa postulat

bat, ut Pontifex Bullas ad Ecclesia-  
 stica Beneficia promotis expedire cun-  
 ctaretur, donec Imperator in quieta  
 Siculi Regni possessione firmatus esset;  
 sublata autem hac quoque difficultate  
 Cæsar Vicentinum Sedis Apostolicæ  
 Nuntium, quem cum Alberonio Car-  
 dinale conspirasse suspicatus, An. 1717.  
 die vigesima octava Novembris Neapoli-  
 lin excedere iussit, hoc anno ad finem  
 vergente revocavit, huiusque tribuna-  
 lis usum restituit, iis tamen conditio-  
 nibus, I. ne alius, quam indigena ad  
 Episcopatus, Abbatias, vel alia Nea-  
 politani Regni beneficia promoveretur,  
 II. ut omnes pensiones, quibus antea Be-  
 neficia gravari solebant, abolerentur,  
 III. ut ex omnibus Ecclesiasticorum  
 bonis decimas, annuente Papa, exi-  
 gere integrum esset.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1719.

§. LII.

*Sacrarum Congregationum decisiones  
 ac decreta.*

Subortis etiam variis dubiis plures e-  
 manarunt Sacrarum Congregationum  
 decisiones, ac quidem dubitatum est,  
 an Parochus loci in Hospitali pro infir-  
 mis atque expositis erecto, cui cum  
 approbatione Ordinarii designatus est  
 Capellanus, quasdam functiones v. g.

S. Congreg.  
 Episc. Rit.  
 &c.

Bb 4                      Exe-

Sæc. XVIII. Exequias in die commemorationis de-  
A. C. 1719 functorum ejusdem Hospitalis libera-  
 celebrare valeat: ad quod dubium S.  
 Episcoporum Congregatio die secunda  
 Julii respondit affirmando, Eadem  
 quoque Congregatio die undecima Je-  
 nuarii encyclicam epistolam ad Archie-  
 episcopos atque Episcopos transmittit,  
 qua festorum dierum sanctificationem  
 & irrepentium abusuum extirpationem  
 illis impense commendabat. Die au-  
 tem vigesima octava Novembris Car-  
 dinalis Vicarius edictum promulgavit,  
 vi cujus Monasteriorum Superioribus  
 injunctum, ut casuum moralium lectio-  
 nes per suos Lectores omni hebdomada  
 semel institui curent a die Dominica in-  
 fra octavam omnium Sanctorum usque  
 ad 20 Decembris, a septima Januarii  
 usque ad Dominicam sexagesimæ, a  
 feria quinta post Cineres usque ad Do-  
 minicam Passionis, ab Octava Paschæ  
 usque ad Vigiliam Pentecostes, ab  
 Octava Corporis Christi usque ad Vi-  
 giliam S. Joannis Baptistæ, & a prima  
 Septembris die usque ad octavam Octo-  
 bris diem.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

## §. LIII.

*Epistola Pastoralis Coloniensis Archiepiscopi atque Electoris super Constitutione Unigenitus.*

Adeo non Josephus Clemens Coloniensis Archiepiscopus atque Elector Concil German. 1. 10. pag. 388. falsis cujusdam, uti supra memoravimus, suggestionibus cesserat, ut etiam luculentum suæ erga S. Sedem observantiæ, immotique erga Doctrinæ Catholicæ puritatem Zeli testimonium palam ederet, dum die sexta Julii Bonnæ ad Clerum, populumque Coloniensem, Hildesensem, Leodiensem & Berchtolgadensem sibi subjectum egregiam hanc pastoralement Epistolam transmiserat.

„Omnem operam pro pastoralis sollicitudinis munere semper adhibuimus, ut creditæ Nobis Christi oves unanimes in fide, multa pace fruerentur in Domino proculque ab aliis exularent diffidia, ea præsertim, quæ ex (a) doctrinis variis & peregrinis animas certum in interitum trahentibus, nasci solent (b). Multi enim lupi, ut cum Divo Martyre Ignatio loquamur, ovium velleribus tecti, in Dei studio currentes, captivos comprehendunt: verum in vestris concordibus animis

Bb 5 nullus

(a) ad Hebr. 13. (b) Epistola ad Philad.

**Sæc. XVIII.** *nullus dabitur illis locus (c).* Os nostrum  
**A. C. 1719.** patet ad vos, Fratres charissimi, minus  
 quam acerbius (*d*) urimur, quam si in  
 quieti (*e*) homines profanis vocum  
 vitatibus vos conturbent (*f*), non  
 quiescentes sanis sermonibus (*g*) erran-  
 tes & in errorem mittentes (*h*), hi  
 pacem non cognoverunt (*i*). Abon-  
 dat vero consolatio nostra, si eam, qua  
 ardentissimis votis & omni conatu  
 mare satagimus, ipsi vos (*k*), solliciti  
 fueritis servare unitatem spiritus in  
 vinculo pacis, unum corpus & unus  
 spiritus, una fides. Hoc (*l*) gaudium,  
 corona nostra. Gaudium autem nostrum  
 non essetis, Fratres charissimi, nisi  
 riter & corona, nec corona esse  
 ritus, nisi arctissimo in spiritu  
 vinculo conjuncti, nec sacro hoc  
 vinculo conjuncti, nisi (*m*) tenentes  
 sumum in terris Ecclesiæ caput, in  
 totum corpus per nexus & conjunctio-  
 nes subministratum & constructum,  
 scit in augmentum Dei, fitque (*n*)  
 ciosa illa in terris Ecclesiastica

(c) 2. Cor. 6.

(e) 1. Tim. 6.

(g) 2. Tim. 3.

(i) 2. Cor. 1.

(l) ad Phil. 4.

(n) Brev. Rom. in off. dedic. Eccl.

(d) 2. Cor. 11.

(f) 1. Tim. 6.

(h) Pl. 13.

(k) ad Ephes. 4.

(m) ad Coloss. 2.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

chia, almæ Sionis, ubi omnia aptis juncta  
nexus locantur, cælestisque Hierar-  
chiæ æmula, quia (o) unitatis origo,  
ut Augustinus ait, si vero sit schisma  
in corpore, si Ecclesiæ membra a ca-  
pite sejunguntur, si (p) filii Matris pu-  
gnent contra eam, si ponatur (q) abo-  
minatio desolationis in loco sancto, ac  
(r) totus Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordo  
confundatur, non erit illi amplius for-  
mæ Christi sponsæ species neque de-  
cor, & quis deinceps in ea cælestis  
Hierarchiæ imaginem agnoscat, quæ  
nihil referat cælestis concordiæ, sed il-  
lum potius diffidii ac furoris locum  
adumbret (s) ubi nullus ordo, sed sem-  
piternus horror inhabitat.

Nostrum interim (t) gaudium im-  
pletum est (u) abundat consolatio no-  
stra, cum attendimus Ecclesias divina  
Providentia curæ nostræ commissas,  
omnium Ecclesiarum Matri ac Magistræ,  
illiusque summo capiti, Christi in ter-  
ris vicario, indissoluto omnimodæ obe-  
dientiæ ac reverentiæ nodo esse con-  
junctas, parique obedientiæ & reveren-  
tiæ constitutionem *Unigenitus* tanta sa-  
pien-

(o) de unit. Eccl.

(p) Cant. 1.

(q) Matth. 15.

(r) Bulla Pii II. quæ inci.

(s) Job. 10.

(t) Joan. 3.

(u) 2. Col. 1.

Sæc. XVIII. A. C. 1719. Clemente XI. editam, tanta submissio-  
 animi, & alacritate ab omnibus prope  
 Orbis Catholici Episcopis, atque etiam  
 a Nobis per receptam & publicatam  
 seu veram fidei regulam amplexas esse  
 eique firmissime adhærere.

Hinc (x) Pax vobis multiplicata  
 & (y) tranquillitas facta est magna, dum  
 sævi maris non procul tument procelle  
 & vicina littora concutiunt. Ipso fontis  
 fluctuum ad vos licet nondum pericula  
 gentium, admonemur, navim, corporum  
 regimen nobis licet indignis traditum  
 est, omni ope subsidioque munire, ut  
 ne sufflantibus e vicinia ventis quatitur,  
 diligentissime providere. Quare  
 animos vestros in ea, quam suscepistis  
 veritate usquequaque confirmatos, solidatosque cupimus.

Quo conducent maxime indubitata  
 & luculentissima, nuper typis vulgata  
 Ecclesiæ præsulum toto orbe Catholico  
 diffusorum, de suscepta non sine plerumque  
 suis in Provinciis Constitutione *Unigeniti*  
*ni*us testimonia, quibus profecto obstru-  
 tur, os omni homini contentioso  
 fugiumque tergiversanti præcluditur  
 quis enim universæ Ecclesiæ rem de-

(x) 1. Petr. i.

(y) Marc. 14.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

maticam (cujusmodi est, nemine discrepante, laudata Constitutio) omnium prope primariorum pastorum suffragiis firmanti, fidem aut obedientiam negare præsumperit; nisi forsitan sanctum hoc abjecerit Christi effatum (z) portæ inferi non prævalebunt, aliudque in caput suum detorquere voluerit (a), sit tibi sicut ethnicus & publicanus (b).

Nos quidem Constitutionem illam, seu divinum Christi sponsæ Oraculum, Clementis XI. voce prolatum ea veneratione colimus, qua divinitus Petro suggestam de Christi divinitate confessionem (c): *Tu es Christus filius Dei vivi*. Confidenter pronuntiamus, Fratres charissimi, non in minori religione prosequimur, quæ, Deo auctore, Clem. XI. quam quæ Petrus effatus est, cure enim sit venerationis cultusque disparitas, ubi una est fidem facientis auctoritas. Neque vero ideo Petrus enuntiatur a Domino Beatus, quod Jesum Filium Dei vivi dicat, (hoc ipsi dæmones proclamant) sed quod, Deo revelante, seu inspirante edixerit (d): *Beatus es Simon Bar-jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.*

Os

(z) Matth. 16.

(a) Matth. 18.

(c) Mach. 18.

(b) Marc. 16.

(d) Matth. 16.

Sæc. XVIII.

A. C. 1719.

Os Domini per Clementem XI. re-  
 cutum esse, universa (quid enim  
 corum Nos moveat moreturque cano-  
 tio) agnoscit, profiteturque Eccle-  
 Nullus igitur superest tergiversatio-  
 locus. Ipsius Petri confessio certum  
 præstat definitionem Clementis; ab-  
 nimirum confessione, tanquam memo-  
 a Domino reddita, in Petrum diman-  
 vit, Petrique successores suprema  
 nisque erroris expers in rebus fidei  
 morum decernendis auctoritas; cum  
 Petro Christi divinitatem confiteat.  
 Christus ipse Petræ soliditatem in Ec-  
 clesia sua fundanda pollicitus est  
*Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &*  
*per hanc Petram ædificabo Ecclesiam*  
 quibus verbis concessam Petro funda-  
 mentalis lapidis prærogativam præ-  
 Ecclesiæ Doctores plerique omnes ag-  
 verunt, hinc asserta Petro, Petri  
 cathedræ fides, quæ deficere non po-  
 sit. Et vero si superpositum fundamen-  
 tificium nutare impossibile est, et  
 ipsum labefactari non posse fundamen-  
 tum nemo erit inficias: quassato  
 fundamento, superpositam ruere non  
 necesse est (f). *Imitatores hic Fratres*  
 charissimi, sicut & ego Christi  
 Ad Petri responsum Patre revelat

(e) Ibid.

(f) I. Cor. II.

emissum vocem extollit Christus, com Sæc. XVIII.  
 probans laudansque discipuli confessio- A. C. 1719.  
 nem. Et Nos vocem cum universali  
 Ecclesia extollimus venerantes laudan-  
 tesque editam a Clemente XI. Deo au-  
 ctore, id est spiritu Sancto juxta Christi  
 promissa assistente seu dirigente, Con-  
 stitutionem. Præcludantur aures omni  
 voci alienæ a voce Petri, dixerint (g):  
*Alii filium hominis esse Eliam, alii Jere-*  
*miam, aut unum ex Prophetis.* Sentiunt  
 ut homines: Petrus vero humana tran-  
 scendens, quod divinum est, sentit, sa-  
 pit, loquitur.

Præcludamus & Nos aures omni voci  
 alienæ a voce Clementis XI. quantumvis  
 aliter sapiant aut obloquantur, sapiunt ut  
 homines: Petrus per Clementem locutus  
 est (h): *A Domino egressus est sermo non pos-*  
*sumus extra placitum ejus quidquam aliud vel*  
*audire vel loqui.* Quare & ipsius Clemen-  
 tis plenis pastoralis sollicitudine & pa-  
 terno affectu vocibus vos adhortamur  
 (i): *Nolite, filii dilectissimi, vosque po-*  
*tissimum, qui ut loco ita & periculo pro-*  
*pinquiores estis, nolite omni spiritui cre-*  
*dere; sed sanam & orthodoxam sanctæ*  
*Romanæ Ecclesiæ doctrinam, quæ sacrum*  
*fidei depositum intemerate servat, tuto se-*  
*qui-*

(g) Matth. 16.

(h) Genes. 24.

(i) Bull. Pastoral. Officii 1 Joan. 14.

Sæc. XVIII *quimini & firmiter custodite (k). Attende*  
A. C. 1719. *ergo Fratres charissimi, ad Petram,*  
 qua fundata est Ecclesia, ab ea ne  
 tum quidem anguem discesseritis, quæ  
 enim *columnæ veritatis*, quæ Ecclesia  
 est, adhærere possit, qui ad lapidem  
 fundamentalem, cui innititur colum-  
 na, propius non accesserit? Idipsum  
 Nobiscum sapere vos in Domino cogi-  
 fidimus, Fratres charissimi, & si quæ  
 vestrum (quod absit) aliter sentit, in  
 Deus (l): *sed caro & sanguis revolvitur.*  
 Nec vos moveant captiosa cavillantium  
 spirituum argumenta & frivola ab-  
 quendæ veritatis specie fucata, ad ge-  
 nerale concilium Appellatio: quomodo  
 ad Sedem quidem (m) B. Petri Appellatio  
 de qualibet mundi parte Canones appellati  
 voluerunt: ab ipsa autem nemo sit (in re-  
 bus præsertim dogmaticis) appellatio  
 permissus (n): & Sedes Apostolica,  
 quænti more majorum, damnandi, quæ  
 oportuit, nulla existente Synodo habeat  
 cultatem. Nec veremur, ne Apostolica  
 sententia, cujus autoritatem semper  
 Catholica Christi Ecclesia, & Universæ  
 Synodi semper secutæ sunt, resolvatur,  
 & vox Christi, & majorum traditio,

(k) Isai 51.

(l) Matth. 16.

(m) Gelas. Papa ad Episc. Dardaniæ.

(n) Idem incommonit. ad Faust.

*Canonum fulcit auctoritas.* Si quis igitur Sæc. XVIII.  
ad vos venerit, aut si cuius in confor- A. C. 1719.  
tium incideritis, qui laudatæ Constitu-  
tioni etiam sub prætextu temerariæ &  
schismaticæ Appellationis ad futurum  
Generale Concilium perperam inter-  
jectæ, debitam obedientiam recusarit,  
nostris vestigiis inhærentes, procul ab  
eo fugite, sentiatque nullam vobis cum  
eis, quos nuper sancta Sedes Romana  
a se separatos declaravit, communio-  
nem Ecclesiasticam existere, nec exti-  
turam deinceps, donec (quod faxit  
Deus) penitus resipiscant. Quin &  
ejusmodi pacis Ecclesiasticæ perturba-  
tores, a quibus non minus, quam a  
teterima peste abhorremus, si rescie-  
ritis in diæcesibus nostris aut palam  
grassari, aut dolosi serpentis instar, (qui  
mos eorum est) clam virus suum spar-  
gere, illos ut ad Nos quamprimum de-  
feratis, per vestram totiusque Dominici  
gregis salutem adjuramus, ut ex pa-  
storali vigilantix ac sollicitudinis præ-  
scripto, opportunum exitiali malo, prius-  
quam latius serpat, remedium omni  
solertia afferamus. Nos enim, sicut  
cum Patribus Constantinopolitani Con-  
cilii (o): *sequamur semper Apostolicam Se-*  
*dem,*

(o) Conc. Constantinop. Anno 536. Act. 4.

*Hist. Eccles. Tom. LXX.*

CCIII (9)

Sæc. XVIII. dem, & obediemus, ita etiam ipsius  
 A. C. 1719. municatores, communicatores habebimus  
 & condemnatos ab illa, & Nos conde-  
 nabimus, refractarios infectabimus: Et  
 qui (p): Ecclesiam non audierit, erit  
 bis sicut Ethnicus & publicanus.

## §. LIV.

*Ferdinandi de Abdua Cardinalis  
 obitus.*

Guarnac.  
 vit. Pontif.  
 t. I. p. 335.

Plures ex Sacro Purpuratorum Co-  
 legio invida mors hoc anno Chri-  
 stianæ Reipublicæ sustulit, & primo  
 quidem Ferdinandus de Abdua, seu  
 alii scribunt, Dada vel D'Adda ex  
 bilissima Mediolanensium familia ori-  
 ineunte hoc anno mortalitatem exiit.  
 Hic inter pietatis exercitia educatus  
 sacræ militiæ nomen dedit, serioque  
 ad literarum studia animum adjuvit  
 eloquentiæ in patria, & Bononiæ per  
 modum Philosophiæ & Theologiæ op-  
 ram dedit. His disciplinis probe in-  
 structus, ad Ticinensem Universitatem  
 se contulit, ubi Jurisprudentiæ tam  
 gregium fecit profectum, ut omnium  
 applausu Doctoratus lauream conseque-  
 retur: Pluribus dein virtutum omni-  
 genarum meritis ornatus, in patriam  
 reversus est, ibique Jurisconsultorum  
 Co-

(p) Matth. 18.

Collegio adscriptus, Romæ Auditor Sæc. XVIII.  
 Rotæ a Mediolanensi Senatu nomina- A. C. 1719.  
 tus fuit, quam tamen dignitatem ab  
 Innocentio XI. quamvis ejus esset affi-  
 nis, consequi haud poterat, ab eodem  
 nihilominus Pontifice Abbacia quadam  
 auctus, ad Melinium Cardinalem Apo-  
 stolicum apud Philippum Regem Nun-  
 tium, ut eidem Cardinalitium galero-  
 rum deferret, in Hispaniam mittebatur:  
 inde Romam reversus, inter Romanæ  
 Curie Præsules cooptatus est, ac pau-  
 lopost Amasiensis Archiepiscopus renun-  
 tiatus, in Angliam Nuntius Apostoli-  
 cus decernebatur, eo quod Jacobus II.  
 Angliæ Rex ad fidem Catholicam  
 palam reversus, vicissim Comitem de  
 Castelmagna Legatum Romam misisset:  
 Londinum delatus summa Anglici po-  
 puli exultatione excipitur, ubi non modo  
 Procerum, sed ipsius Regis ac Reginae  
 animum congenita affabilitate & gra-  
 tiæ cum gravitate mixtæ splendore oc-  
 cupavit, necnon die decima tertia Julii  
 Vindesoriæ solemnem publicumque in-  
 gressum celebravit. Incubuit summa ope  
 Religionis incremento, magisque ad-  
 huc rei Catholicæ profuisset, si intem-  
 pestivum Regis Zelum cohibere, be-  
 nigniorique temporis, animorumque  
 vicissitudini reservare, non vero inci-  
 tare, populisque adhucdum odio in Ca-  
 tho-

Sæc. XVIII. tholicos præventis urgere decrevit.  
 A. C. 1719. Ejus enim potissimum impulsu Rex po-  
 blico decreto cavebat, ne abolito Eli-  
 sabethæ Reginæ juramento, ulli con-  
 scientiæ vis inferretur, sed relicta Re-  
 ligionis libertate etiam Catholici ad pu-  
 blica officia admoverentur. Fausta hæc  
 reflorescentis Religionis auspicia eo ma-  
 gis Puritanorum invidiam inflamma-  
 runt, quo certius regia prole mascula  
 nuper nata & nomine Pontificis a Nati-  
 vitate Baptismatis aqua tincta religionem  
 Catholicam sub Successore Orthodoxam  
 firmiores acturam radices prospiciebant.  
 Præprimis igitur per summam calum-  
 niam hunc filium supposititium esse sepe  
 ferunt, & Anglicani populi levitate  
 rem suam versa, ipsum Regem ex fidei  
 odio, contemptu, convitiis omnesque  
 injuriarum genere divexarunt, tandem  
 ipsum folio & Regno deturbaverunt.  
 Acerbius sibi fatum imminebat, cum  
 conscius Ferdinandus, aliena veste indu-  
 ductus, ac personatus aufugit, & Martii  
 Aprili eo ipso temporis momento Roma-  
 nam venit, quo Innocentius XI. feram  
 animam agebat, eo etiam paulo post  
 defuncto Gubernator Apostolici Palatii  
 a Cardinalium Collegio renuntiatus  
 ab Alexandro VIII. Romana Purpuræ  
 & novem Congregationum negotiis  
 imo & Præfectura decoratus est, ab  
 ejus

ejusdem vero Successore Innocentio XII. Sæc. XVIII.  
 Ferrariensis Legatus, ejusdemque Epi- A. C. 1719.  
 scopatus mortuo Cardinale Tourusio Ad-  
 ministrator, ac demum Bononiensis Le-  
 gatus nominabatur, ubi etiam unacum  
 Cardinale Barberino dissidia tum inter  
 Bononienses, Ferrarienses, & Rave-  
 nates exorta componere jussus est. In  
 ardua hac legatione a Clemente XI.  
 confirmatus, ob emergentes belli tu-  
 multus non raro honoris, & vitæ di-  
 scrimina subiit, quæ tamen singulari  
 sua prudentia & moderatione in gloriæ  
 augmentum vertere noverat. Tandem  
 officio suo functus, Bononia Romam  
 venit, ubi Clemente XI. in gravissimum  
 morbum incidente, vix non omnium  
 Purpuratorum suffragia in eum præcoci  
 augurio collimabant, reconvalescente  
 autem Papa, Albanensis Episcopus,  
 proin intra Ordinem Cardinalium Pres-  
 byterorum numerabatur: Anno autem  
 hujus sæculi decimo octavo ingens vis  
 morbi eum adorta est, illiusque salute  
 Medicorum judicio conclamata Ferdi-  
 nandus soli Deo & animæ suæ vacare  
 intentus, omnibusque Ecclesiæ subsi-  
 diis, necnon Apostolica summi Ponti-  
 ficis benedictione munitus, cum am-  
 pliandæ Catholicæ Ecclesiæ studio sem-  
 per flagraret, Collegium quoque Pro-  
 pagandæ fidei assignatis centum aureo-  
 rum

Sæc. XVIII rum millibus ex asse hæredem scribitur  
A. C. 1719. quin pauperum Mediolanensium obedi-  
 visceretur, in quos per Cardinales  
 Scottum quatuor aureorum millia  
 rogari præcepit, suppellectilem ven-  
 argenteam Jacobo III. Angliæ Regi  
 lio assignavit. Demum vero die vigi-  
 sima quarta Januarii Romæ septuag-  
 narius decessit, sepultus in Ecclesia  
 S. Caroli Mediolanensium Nationali

## S. LV.

*Francisci Mariae Casinii Cardinalis  
extrema.*

*Vit. Card.*  
*t. I. p. 243.*

Sequenti Mense ejusdem anni Fran-  
 ciscus Maria Casinius Cardinalis  
 bilis Aretinus idem mortalitatis fati-  
 experiebatur. Hic a pientissimis Pa-  
 rentibus suis velut alter Samuel que-  
 tocus (raro nunc inter primæ No-  
 tatis homines exemplo) Deo consec-  
 batur, a tenerisque annis pie libera-  
 terque institutus, virtutum studium  
 & literarum palæstram pari contentione  
 percurrerebat. Vix decimum quintum  
 ætatis annum erat emensus, cum jam  
 jam arctioris vitæ desiderio incitatus  
 Habitum Ordinis Capuccinorum ad-  
 meret, expletoque tyrocinnio jam  
 militatis vitæque Asceticæ Magister  
 daret, ceterosque præclaris animi

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

tibus præcelleret. Præterquam quod primævo naturæ beneficio docile, excitatumque nactus fuisset ingenium, ad literarum studia vocatus, nec ipse sibi ulla in re vel discendi ardore, vel laboris assiduitate defuit: unde Philosophiam & Theologiam docere iussus, dubium reliquit, fueritne propter vastam eruditionem magis, an propter singularem probitatem, humilitatemque admirandus: Aberat ab eo haud rara inter doctos vanitas, æmulatio aut invidia, affabilis, comis, moderatus, & erga omnes obsequiosus: Hac doctrina, hacque virtute spectatus, cunctos Instituti sui honores gradusque e-mensus est, Definitoris, Procuratoris, & Commissarii Generalis munere laudabiliter functus. Præcipua vero ejus cura in Evangelico Divini Verbi ministerio versabatur, & assidua sacræ Scripturæ & Patrum lectione ad tam arduum munus probe instructus, accedente mira verborum & sententiarum copia, vocisque Majestate, admodum nitidas gravesque orationes in clarioribus Italiæ urbibus habuit, personarum vitia Zelo vere Apostolico reprehendit, hæreticosque gravi rationum pondere, ac singulari moderatione confudit: Romæ etiam non raro innumeris pene Auditoribus avidissime confluentibus Verbi

Cc 4

Di-

Sæc. XVIII. Divini sementem sparsit, omniumque  
 A. C. 1719 Cardinalium, ipsiusque Innocentii XIII.  
 oculos, admirationemque tantopere in  
 se rapuit, ut ab eodem summo Pontifice sacri Palatii Apostolici Concionator nominaretur, quo in munere Evangelica prorsus libertate plures per annos gliscentia vitia insecutus, quamplurimos ad meliorem frugem reduxit, Purpuratisque Patribus, atque Aulæ Romanæ universæ Canonicam præbuit vendi normam. Ipsemet Pontifex in omnibus ferme rebus arduis Casinium in consilium adhibuit, eique non raro Concionum argumenta præscripsit, præcipue ea occasione, qua quamplurimos ad Purpuram adspirare compererat; ut ergo illi, quos proximæ inaugurationis spes frustraretur, animo conciderent, Casinius apposite protulit illius Belliducis exemplum, qui ad obliganda sanctorum militum vulnera proprium suum pallium etsi hoc pro paucorum duntaxat vulneribus sufficeret, dissecati iussit. Tot igitur meritorum suffragio subnixus celeberrimus hic Vir, Clementem XIII. sub quo adhucdum Apostolici Concionatoris munus jam per integros quindecim annos obibat, flexis etiam genibus, ne Bullam *Unigenitus* promulgaret, deprecatus est, nihilominus tamen Romana Purpura decorabatur, cunctisque ferme

ferme Congregationibus admotus, ad <sup>Sæc. XVIII.</sup> sublevandam ejus paupertatem, & su- <sup>A. C. 1719.</sup> stinendam cum decore Purpuram a Pon-  
 tifice annuam quater mille aureorum  
 pensionem obtinuit, Palatiumque de-  
 cens quidem, omni tamen splendida  
 suppellectili, aliisque ornamentis desti-  
 tutum conduxit: multa etiam eaque egre-  
 gia beneficia Ecclesiæ suæ Titulari ad  
 S. Priscam liberali manu contulit, &  
 quotannis pro illius ampliacione atque  
 ornatu mille scuta impendit: nec digni-  
 tatis splendor illum absterruit, quomi-  
 nus non raro in Sacello Pontificio tanta  
 animi corporisque intensione sermones  
 haberet, ut sæpe in infirmitatem incide-  
 ret: hispidam quoque sui Ordinis ve-  
 stem nunquam dimisit, sed eam adhuc  
 Cardinalis super nudam carnem gesta-  
 vit: mensa usus est vulgari, frugalique,  
 ejusque Confratribus usitata: Ita piam  
 ipse traduxit vitam usque ad decimam  
 quartam Februarii, qua die post receptam  
 summi Pontificis benedictionem, & exi-  
 guas suas facultates Congregationi de  
 Propaganda relictas anno ætatis suæ  
 septuagesimo primo vivis valedixit, tu-  
 mulatus in Ecclesia sui Ordinis, adjecta  
 humili hac inscriptione. *Fr. Franc.*  
*Maria Cardinalis S. Priscæ Capuccinorum.*  
*Orats pro eo.*

Sæc. XVIII

A.C. 1719.

Typis edidit suos sermones Pa-  
gyricos, necnon suas orationes in Pa-  
latio Apostolico habitas, præter alium  
librum, cui titulus: *Consilia Sapientis*,  
quæ omnia opera in latinum versa Au-  
gustæ, & Græcii 1739. recusa profant.

§. LVI.

*Nicolai Acciaiolii Cardinalis  
decessus.*

*Purp. doct.  
supple. l. 4.  
pag. 610.*

Tertius ex Purpuratis hoc anno de-  
natis erat Nicolaus Acciaiolius pe-  
tria Etruscus, qui ex pervetusta ac-  
bili familia ortus, pueritiam, & ju-  
ventutem suam acri præditus ingenio  
literis uberrime excoluit, atque inde-  
fessa industria ad majora scientiarum  
incrementa provolans, tanto profectus  
Jurisprudentiæ incubuit, ut maxime  
primaria Aulæ Romanæ munia eve-  
ctus, demum ad altiora celeri gradu pro-  
gressus fuerit. Eminuit tanta morum  
innocentia, agendique dexteritate, ut  
plurium Urbium Gubernator, Camera  
Apostolicæ Clericus ab Innocentio X.  
& ab Alexandro VII. Generalis armis  
rum Commissarius, ac demum Audi-  
tor Generalis ejusdem Cameræ denun-  
tiaretur, quo munere dum summa cum  
laude fungitur, a Clemente IX. Romanæ  
Purpura, ac insuper Ferrariensi Legationis

tione decoratus, omnium amorem re- Sæc. XVIII.  
 verentiali timore temperatum sibi con- A. C. 1719.  
 ciliabat. Mortuo autem hoc Pontifice, ~~\_\_\_\_\_~~  
 cum haud degeneres nobilissimæ suæ  
 familiæ spiritus gereret, Innocentii XI.  
 Successoris benevolentiam & affectum  
 sibi promeritus, denuo Ferrariensem  
 Legationem obire jussus erat, ubi ob  
 ampliatos Pontificiæ ditionis fines cum  
 Venetis & Mutinensi Duce collidebatur,  
 quam tamen controversiam brevi ad  
 utriusque partis vota composuit. Inde  
 Romam reversus, variis adhibebatur  
 Congregationibus, multis insuper ho-  
 noribus, amplissimisque ad Principes  
 Christianos Legationibus ob singularem  
 suam prudentiam & probitatem auctus  
 est, quæ omnia munia tanta fide, so-  
 lertia, integritate, tantaque in Sedem  
 Apostolicam observantia obibat, ut Cle-  
 mens IX. & X. necnon Innocentius XI.  
 in publico Cardinalium confessu, se ne-  
 mini mortalium magis obstrictos esse  
 faterentur, quam Acciaiolio, cujus  
 fortitudine, iniquissimo etiam tempore,  
 semel iterumque Respublica Christiana  
 salva stetit. Tot meritorum fama  
 clarus, pietate insignis, ac Dei timore  
 plenus, defuncto Innocentio XI. a Car-  
 dinalibus Hispanis æque ac Austriacis  
 in D. Petri Successorem ob præclarissi-  
 mas animi dotes, pietatem singularem,  
 &

Sæc. XVIII. & eruditionem eminentem expetebatur; obstiterant tamen vehementer eius electioni Cardinales. Altierius atque Otobonus, qui sub obtentu, quod Acciaiolius Gallis nimium propensus esset. Medicæ Cardinali potentissimo Nicolai fautori palam declarabant, hunc Cæsare omnino exclusum iri: Non magis prosperum subibat fatum post Innocentii XII. mortem; Cardinales enim nonnulli Acciaiolio opponebant prosperam nimis valetudinem, proinde diuturnam Regiminis præfagam, Cardinalium patrocinantium paucitatem, Mariani Cubicularii sui arrogantiam, Magni Etruriæ Ducis indignationem contra eum conceptam, gloriam ex Ferrariensi legatione sibi comparatam invidiam summam, ac denique suorum, & quidem plurimorum Nepotum præbrutam vitam, unde Pasquinus mordaci sua lingua hunc lucum hoc carmine adlatrabat:

*Te triplex diadema manet, sed  
naviget ante*

*Ad Gangem Tua gens, & bibit  
Helleborum.*

Ut ut vero de hoc sit, id certum est, quod Acciaiolio Tiaram sua prudentia rerumque gerendarum ceteritate singulari sæpius meruisse satis fuerit, unde ipsemet ab omni ambitione alienus.

forti animo, ne tantum honorem acciperet, obstitit, nunquam tamen suas dotes & labores in Sedis Apostolicæ obsequium consecrare prætermittens, ab ipso Clemente XI. in gravissimis negotiis, reconciliando Josepho Imperatore, Carolo in Hispaniæ Regem declarando, & componendis cum Hispana Aula controversiis utiliter adhibebatur: Demum vero laboribus & senio fractus, quinquagenarius Cardinalis, & per quatuor annos S. Collegii Decanus die vigesima tertia Februarii anno ætatis octogesimo octavo Romæ mortalitatis stadium complevit. Cadaver ejus Florentias delatum in Ecclesia PP. Carthusianorum quiescit, illius vero exequias P. Ludovicus Lanci Ferrariæ elegantissima oratione funebri honorabat.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. LVII.

*Joannes Baptista Spinola Cardinalis mortuus.*

Postremus ex Cardinalibus eodem anno defunctis erat Joannes Baptista Spinola ex pervetusta Genuensium familia, Genuæ natus. Hic Romæ literis excultus, unacum Patruo suo Julio Spinola Apostolico apud Cæsarem Nuntio Viennam delatus, Imperatoris honora-

Sæc. XVIII. norarius cubicularius proin Eques  
 A. C. 1719. reæ clavis erat. Romam vero reveris  
 atque inter Romanæ Curiaæ Præfules  
 cooptatus, a Clemente X. primo Tibe-  
 ritanus, postea Fanensis, ac demum  
 Aſculanus Gubernator dicebatur: Inde  
 vero Romam denuo redux, ab eodem  
 Pontifice in Congregatione sacrae Con-  
 sultationis suffragium tulit, postea ab  
 Alexandro VIII. eidem Congregationi  
 a secretis esse meruit, quo in munere  
 tantam sibi justitiæ, & temperatæ in-  
 plectendis sceleribus severitatis famam  
 comparavit, ut Patruo suo Joanni Be-  
 ptistæ ultro cedenti in Romani Guber-  
 natoris munere succederet, nimiamque  
 præfati sui Patruī facilitatem oppositâ  
 austeritate corrigeret. Hoc maxime  
 arduum munus per quinque omnino  
 annos non sine multorum invidia, ob-  
 restitutam tamen Urbi securitatem in-  
 bertatemque cum tanta nominis  
 laude administrabat, ut ab Innocen-  
 tio XII. Cardinalis Diaconus tit. S. Ce-  
 sarei, Bononiensis Legatus, & S. R. E.  
 Camerarius renuntiaretur. Mortuo hoc  
 Papa Joannes Baptista in sacris com-  
 tiis primus Clementi XI. Pontifici ne-  
 electo debitum præstitit obsequium, e-  
 jusque digito Piscatoris annulum infe-  
 ruit: quoniam vero indefesso suo studio  
 ac integritate Pontificium ærarium fe-  
 liciter

licitè restituit, & corruptelas, quæ ex Sæc. XVIII. A. C. 1719. injusta consuetudine irreperant, radicitus evulsit, aliunde vero mira rerum gerendarum dexteritate ac prudentia clarus exstitit, hinc a Clemente XI. maximi habitus, quinque sacris Congregationibus adscriptus fuit. Erat insignis eruditorum fautor, & Cæsari, necnon Austriacæ Domui addictissimus, unde pro Carolo III. in Hispaniæ Regem agnoscendo, necnon componendis dissidiis ob Comaclensem Urbem exortis suffragium tulit: publicis etiam Ecclesiæ Urbisque Romanæ necessitatibus occurrere intentus, Genuam profectus ingentem pecuniarum vim pro bello Turcico mutuam sumpsit, & pro coemendo frumento unacum Negronio Cardinale totam pene Italiam peragravit: Eidem quoque quatuor Franciæ Episcopi suæ appellationis acta transmissere, quæ etiam summo Pontifici tremula manu porrexit. Tandem podagræ vehementia omnes Medicæ artis conatus eludente, die decima nona Martii anno ætatis septuagesimo tertio nondum exacto Romæ naturæ debitum exsolvit, sepultus in Ecclesia S. Andreæ: Facultates ejus relictæ ad plusquam trecenta aureorum millia ascenderunt, quorum tamen potissimam partem

Sæc. XVIII. tem Nepoti suo consignari, reliquam  
A. C. 1719. vero piis operibus impendi iussit.

§. LVIII.

*Principes atque Illustres hoc anno  
 mortui.*

*Vid. supra  
 t. 69. p. 785.  
 Cimazol.  
 pag. 770.  
 Dorsann.  
 Journal t. I.  
 pag. 456.*

**I**nter Principes, qui hoc anno in mor-  
 tis prædam cessere, numeratur Pe-  
 trus Petrowicius Magni Moscoviæ Du-  
 cis ex secundo conjugio Filius, qui  
 jam Moscoviæ designatus Monarcha  
 Successor vix quatuor annos natus, die  
 sexta Maij Petroburgi obiit. Die  
 quarta Augusti Eberhardus Fride-  
 ricus Dux Wirtembergicus vivis va-  
 dixit. Hujus fatum præcesserant Fr-  
 dericus Guilielmus Dux Holsato-B-  
 ckenensis religione Catholicus, qui ann-  
 ætatis suæ trigesimo septimo die vige-  
 sima sexta Junii in Siciliae Regno  
 vulneribus in conflictu acceptis dece-  
 sit: Maria Ludovica Elisabetha Ducissa  
 Bituricensis die vigesima prima Julii  
 die octava Junii Wilhelmus Ernestus  
 Ernesti Augusti Ducis Saxo-Vinariensis  
 Filius, die quarta Aprilis Maria Be-  
 nesta Princeps vidua Eggenbergia  
 nata Princeps Schwarzenburgica: die  
 decima sexta Julii Dux Schombergia  
 die trigesima prima Augusti Ludovicus  
 Carolus Regis Borussiae filius, die secunda

CLEM  
 ejusc  
 nisla  
 Dux  
 ceps  
 die v  
 billa  
 vien  
 quint  
 Marc  
 meric  
 Chev  
 Poet  
 defun  
 tespa  
 tum,  
 quæ  
 prop  
 batiff  
 fimo  
 N  
 tis tu  
 rat C  
 mag  
 noni  
 die v  
 dece  
 tum  
 cum  
 conv  
 nec  
 appe  
 chie  
 ejus  
 Hi

ejusdem Mensis in Polonia Carolus Sta- Sæc. XVIII.  
 nislus S. R. J. Princeps Radzivilius, A. C. 1719.  
 Dux Olghæ & Nieswici. Parisiis Prin-  
 cept Burnonvilla sui stematis postremus,  
 die vigesima Septembris Magdalena Sy-  
 billa Ducissa Megalopolitano - Güstro-  
 viensis Ducis Vidua, & die decima  
 quinta Aprilis Francisca D'Augibné  
 Marchionissa de Maintenon nata in A-  
 merica Anno 1633. olim Marchionis de  
 Cheureuse concubina, postea deformis  
 Poetæ Pauli Scarron conjux, eo autem  
 defuncto famula Marchionissæ de Mon-  
 tespan, ac denique Ludovici XIV. scort-  
 tum, postremo tamen ejusdem conjux,  
 quæ Asceterium S. Ludovici Cyrensis  
 prope Parisios fundavit, illiusque Ab-  
 batissa ibidem anno ætatis suæ octoge-  
 simo sexto decessit.

Nec Principibus Ecclesiasticis mor-  
 tis furor pepercit, ex quibus primus e-  
 rat Claudius Maurus D'Aubigne Rotho-  
 magensis Archiepiscopus, qui Menten-  
 onix sanguinis propinquitate junctus  
 die vigesima tertia Aprilis Rothomagi  
 decessit, cujus obitum fuisse accelera-  
 tum referunt ex fastidio inde caussato;  
 cum enim suæ Diæcesis Parochorum  
 conventum Deppæ pro more haberet,  
 nec ad illum Parochos a Constitutione  
 appellantes convocaret, Hi invito Ar-  
 chiepiscopo accedentes, reliquos Pa-  
 rochos

*Hist. Eccles. Tom. LXX.* D d

Sæc. XVIII rochos eo adegerunt, ut de hoc  
 A. C. 1719, temptu querentes Præfuli declararent  
 quod si Appellantes non admiffurus e-  
 set, ipsi quoque recessuri & sine Archiep-  
 scopo conventum sint celebraturi: Hæc  
 temeritas tantopere Præfulis animum  
 afflixit, ut conventum habendi cura in  
 Vicario relicta, ipse Dieppa Rothom-  
 agum secedere statueret, in itinere au-  
 tem constitutus, & per Urbis Gube-  
 natorem de Mentenoniæ obitu certus  
 factus, in morbum incidit tam vehe-  
 mentem, ut mortis periculum imminere  
 ratus, veritusque, ne sine Sacra-  
 mentorum subsidio decederet, accen-  
 rato itinere Rothomagum contendere  
 ubi die vigesima secunda Aprilis ve-  
 re delatus, altera die nequidem res-  
 lito Sacrum Viaticum recipiendi spatio  
 vivis ereptus est. Successorem habuit  
 Armandum Bazin de Bezons Burdegalen-  
 sem Archiepiscopum. Hujus mortis  
 vestigia prefferat Eduardus de Barges  
 Niverneasis Episcopus, qui tam obedi-  
 entiam præstitit, ut ab eo tempore, quo  
 quidam ex Canonicis ab ea appellata  
 suam Cathedralē ingredi recularunt  
 nec ariditatis tempore cum suo Capitu-  
 lulo publicas preces decernere vellet  
 paulo post autem receptis Ecclesiæ Sa-  
 cramentis Mense Julio mortalitatem  
 exiit

exiit. Post ejus obitum Appellantes per summam calumniam in vulgus sparsere, quod hic Episcopus, eo quod Sacram Synaxin a quodam suo Canonico receperit, Constitutionem ejurasset, ac ipse Regens dixisset, Episcopum hunc melius suæ consuluisse conscientiae, si non Constitutionem, sed Episcopatus cessionem, ad quam Valosium Prædecessorem suum compulisse dicebatur, ejurasset. Sequentis Mensis die tertia Augusti Joannes Philippus ex perillustri Baronum de Greiffenclau familia obiit Franciæ Orientalis Dux & Episcopus Herbipolensis, Princeps optimus, affabilis, mansuetus, & longe pientissimus, qui eadem, qua decessit hora, coram se Missæ Sacrificium offerri curavit, finitoque S. Joannis Evangelio ipsemet Deo gratias ore suo expressit, moxque in ultima hæc verba: *Nunc dimittis servum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum*, verba erumpens, animam Deo Creatori suo reddidit, cui die decima octava Septembris successerat Joannes Philippus Franciscus S. R. J. Comes de Schönborn. Pariter die trigesima Novembris post diuturnam valetudinem, & post gravissimas injurias a Lutheranis toleratas mors vitam rapuit Henrico Hartardo S. R. J. Principi atque Episcopo Spirensi, cui

Sæc. XVIII.  
A.C. 1719.

Dd 2 in

Sæc. XVIII. in Episcopali dignitate subrogatus est  
 A. C. 1719. die trigesima Novembris Cardinalis  
Hugo Damianus Philippus Comes  
 Schönborn: Insuper anno priori die  
 gesima quinta Decembris vitam in Episcopali  
 laudabilissime transactam bene  
 fine clausit Franciscus Arnoldus Bader  
 de Metternich Monasteriensis ac Paderbornensis  
 Episcopus. Denique die nona  
 Aprilis Osnabrugi fati functus est Hieronymus  
 cinthus aS. Joanne Baptista, alias Paderbornensis  
 nominatus ex Ordine Carmelitarum Sacerdos  
 Theologiæ Doctor Episcopus Helioptanus  
 Episcopi Osnabrugensis Suffraganeus,  
 necnon Apostolicus Missionarius  
 Septentrionalium Vicarius.

## §. LIX.

*Scriptores Ecclesiastici religionis Catholicæ hoc anno defuncti.*

*Du Pin*  
*Bibl. des*  
*Auth. Eccl.*  
*t. 19. p. 176.*  
*Calmet Hist.*  
*Univ. t. 17.*  
*pag. 591.*

Celebriores ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis recentioribus  
 lubet: hos inter primus occurrit Ludovicus Elies Du Pin Sorbonæ Doctor,  
 ac Regius Philosophiæ Professor, cujus fati frequens in hujus Historiæ  
 progressu sermo recurrebat: Ipsi quoque sua  
 suæ Historiam conscripsit postremo in  
 Bibliothecæ tomo insertam: Vir ingenii acie,  
 ingenii acie, felicitate memoriæ, singulari  
 gulari vivæ, ac bene coordinatæ imaginationis  
 vigationis vi, laboris, lectionisque assiduitate,  
 dicendique nitore excellens;

temperantiorem vero criticam a suo Sæc. XVIII.  
 Magistro Launoyo, in SS. Patres & Pon- A. C. 1719.  
 tifices invehendi libertatem a Scripto-  
 ribus Heterodoxis, atque ab iisdem  
 crebras, in quas incautus incidit, hal-  
 lucinationes mutuavit. Palam etiam  
 Sorbonicum vexillum contra Pontificum  
 decreta in Quesnelli favorem erexit, ac  
 propterea sibi metipsum plurimum Scripto-  
 rum censuras, & denique etiam exi-  
 lium accersivit, a quo sese non nisi, si-  
 mulata tamen, palinodia liberare pot-  
 erat: Præprimis vero novemdecim to-  
 mis conscripsit suam *Bibliothecam Au-*  
*thorum Ecclesiasticorum*, cujus tamen  
 primos duos tomos Matthæus Petit  
 Didier Benedictinus tribus volumini-  
 bus acriter perstrinxit; Du Pinus enim  
 in hoc opere in Sanctorum Patrum o-  
 pera, stylum & doctrinam quasi pro  
 tribunali sedens, ut notat Gravesonius,  
 virgam censoriam exercuit, Sanctorum  
 Ecclesiæ Doctorum Augustini & Hiero-  
 nymi opera depressit, de Romanis Pon-  
 tificibus minus reverenter locutus est,  
 receptasque traditiones, piasque opi-  
 niones, levissimis ex conjecturis, tan-  
 quam fabulas, superstitiones & com-  
 menta explosit, parumque modeste sibi  
 dissentientes tanquam sacræ critices  
 ignaros traduxit, & dictaturam, ne-  
 scio quam in recensendis aliorum Scri-  
 ptorum libris, ipsaque Ecclesiæ disci-  
 plina

Sæc. XVIII. plina sibi arrogavit: unde primi Biblio-  
 A. C. 1719 thecæ suæ tomi edicto Parlamenti fuerunt  
 suppressi, eique Parisiensis Archiepiscopus (\*), ut titulum suæ Bibliothecæ  
 immutaret, & per triennium suam cre-  
 billandi pruritus cohiberet, in juveni-  
 Edidit postea Du Pinus *dissertationes histo-*  
*ricas de antiqua Ecclesiæ disciplina*, ubi  
 tamen inter alia cum Antonio de Do-  
 minis deliravit, dum Canones, qui  
 Oecumenici Concilii Lateranensis III.  
 nomine circumferuntur, non ipsius  
 Concilio, sed soli Innocentio III. tribu-  
 endos, pro in minoris auctoritatis esse  
 scripsit. Profluxere pariter ex ejus ce-  
 lamo sequentes Libri I. liber Psalmorum  
 cum notis II. idem liber juxta  
 hebraicum latine redditus cum succin-  
 ctis annotationibus. III. Vindicta  
 hujus libri IV. Libri VII. S. Optati Mi-  
 levitani de schismate Donatistarum  
 MS. Cod., & veteres editiones unacumque  
 Historia Donatistarum. V. Notæ in  
 Pentateuchum. VI. Vindictæ censura  
 Parisiensis Facultatis Theologicæ con-  
 tra Sinenses relationes Patris Le Comte  
 Jesuitæ. VII. Tractatus de necessitate  
 fidei in Christum. VIII. Dialogi philo-  
 sophici

(\*) Vid. edictum Parisiensis Archiepiscopi  
 quo damnatur ejus Bibliotheca, necnon editio  
 hujus Bibliothecæ a Richardo Simonio edita  
 Tom. 2. l. 7. c. 4. p. 510. & seqq.

humi Domini de La Bruyere circa Quie- Sæc. XVIII.  
 tismum IX. Tractatus de doctrina Chri- A. C. 1719.  
 stiana & Orthodoxa. X. Joannis Ger-  
 sonii opera XI. Historia Apollonii Thyana-  
 næi XII. Tractatus de potestate Ecclesia-  
 stica & temporali XIII. Bibliotheca Uni-  
 versalis Historicorum XIV. Epistola de  
 antiqua Ecclesiæ disciplina circa cele-  
 brationem Missæ XV. Historia Judæo-  
 rum a Christo usque ad præsens tem-  
 pus, expurgata ab erroribus Basnagii  
 XVI. Dissertationes Historicæ circa Bi-  
 blia. XVII. Historia Ecclesiastica XVIII.  
 Historia profana XIX. Analysis Apo-  
 calypseos. XX. Tractatus Historicus  
 de excommunicationibus XXI. *Methodus*  
*Studii Theologici.* XXII. Denuntiatio  
 libelli Episcopis & Regenti injuriosi.  
 XXIII. Defensio Monarchiæ Siculæ.  
 XXIV. Tractatus de amore Dei. XXV.  
 Bibliotheca Authorum a Romana Com-  
 munionem segregatorum. XXVI. *Histo-*  
*ria Concilii Tridentini* XXVII. *Quæstio,*  
*quis venit legem adimplere?* XXVIII. *Trac-*  
*tatus de veritate.* Ceterum omnia Du  
 Pinii opera, quæ minusculis literis im-  
 pressa leguntur, vel per speciale Ponti-  
 ficis Breve, vel ab Inquisitoribus Ro-  
 manis interdicta sunt Obiit hic Auctor  
 Parisiis die decima sexta Maij, vel ut  
 ait P. Calmet, sexta Junii anno ætatis  
 sexagesimo secundo. II. Fatinellus de

Sæc. XVIII. Fatinellis Apostolicæ Cameræ Clerici  
 A. C. 1719. edidit tractatum de Referendariorum

Collegio, de translatione pensionis, responsa juris, observationes ad Constitutionem XLI. Clementis VIII. vitam B. Zitæ, & relationem mortis pretiosi Cardinalis de Tournon. III. Ludolphus Küster, qui a sua secta ad fidem Catholicam reversus scripsit contra Gronovium & Perizonium, novum Testamentum Millii, Bibliothecam librorum novorum, pluraque alia: incæpit quoque adornare operum Hesychie editionem, quam tamen, die duodecima Octobris morte præventus absolvere non poterat. IV. Joannes Stephanus Bédier Benedictinus ex Congregatione S. Mauri edidit egregium tractatum de Sanctitate Status Monastici unacum Historia Abbatix Marmontensis, & Ecclesiæ Regiæ ad S. Martinum Turonensem. V. Michael Felibien ex eadem Congregatione posteris reliquit Historiam Abbatix ad S. Dionysium, cum ejusdem Necrologio, duas dissertationes de loco martyrii & sepultura S. Dionysii, & de tempore foundationis præfatæ Abbatix, vitam Virginis de Hamiere Abbatissæ Mouchiensis, & epistolam circularem de morte Harcourtæ Abbatissæ Montis Martyrum, vitam S. Anselmi unacum reflexionibus in ejus operibus.



Sæc. XVIII. plura Societati minus decora cibus  
 A. C. 1719. mo de veritate tam persuaso scriptum  
 ut in ultimo suo agone a suo Promociale interrogatus, an ea, quæ fors  
 cerbius contra Socios scripsisset, revocandi necessitatem conscientia  
 dictaret, collectis extremis viribus eundem conversus responderit,  
 & *Christus increpuit Phariseos?* VII. Archangelus Augustini ex eodem Ordine  
 sub anagrammatico nomine *Sclero Canturani* Historiam Ecclesiasticam,  
*Mores Israelitarum* Claudii Abbatis Pleurii Italice reddidit, ediditque ipsam  
 Historiam profanam in sex tomos distributam, discursum super artem Medicam  
 & alium super Historiam universalem VIII. Liberius a Jesu Carmelita Exco-  
 ceatus, Romæ per triginta & octo annos controversiarum Professor, & Pre-  
 fectus in Congregatione de Propagatione qui publici juris fecit Controversias dog-  
 maticas adversus hæreses, quia vero in controversia IV. hæc verba inferunt  
*Jansenistas se Pontifici subicere in damnatione V. propositionum, prout sonant, & secundum questionem juris, sed audiri potestulare in questione facti, ideo ejus liber donec corrigatur, a S. Officii Congregatione suspensus fuit, Authorque purpurea sibi jamjam designata excidit. Scripsit quoque librum de attritione & co-*

tritione, necnon sex tomis in folio Theologiae dogmaticam unacum Appendice Dissertationum. IX. Franciscus Baertius Jesuita edidit vitas SS. Adalgisi, Nicasii, Statuzi &c.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. LX.

*P. Paschafii Quesneli fatum, & opera.*

Quantas sibi calamitates, quam acerbas Pontificum, Præsulum, Regum, & recte sentientium indignationes, pericula atque exilia P. Paschasius Quesnellus Berulliani Oratorii Sacerdos accersierit, sparsim in hujus Historiæ serie relatum est. Tandem vero præclarus hic ferreæ suæ contumaciæ Martyr post elusas & calumniis proscissas excommunicationes, quas ob suos errores aliaque plura delictorum capita incurrisse iterato denuntiatus erat, de hujus mundi scena decessit; ineunte enim Mense Novembri insolita virium imbecillitate laborare cæperat, simulque feбри correptus, cum summa senectute confectus esset, hunc morbum sat periculosum, postremumque fore conjectabat, quocirca die vigesima octava Novembris Sacris Ecclesiæ mysteriis muniri petiit, quibus etiam receptis duos Proto - notarios

Collect. t. 2.  
Inst. Th.  
pag. 91.

Apo-

Sæc. XVIII. Apostolicos testesque adesse iussit, co-  
A. C. 1719. ram quibus fidei suæ professionem seu  
 declarationem proprio chirographo si-  
 gnatam confecit, atque in tabulas pu-  
 blicas manu Notarii referri præcepit,  
 uti Hollandi perscripsere, suisque No-  
 vellis publicis inseruerunt. Erat il-  
 lius tenor sequens:

„Ego infra scriptus Paschasius Ques-  
 nellus Parisiensis Presbyter Orator  
 Franciæ, ex gravi infirmitate decum-  
 bens, & brevi forsan rationem reddi-  
 turus supremo Judici, de omnibus  
 vitæ meæ actionibus, declaro pro-  
 sequitur. „

I. „Credo omnes veritates, quas  
 Jesus Christus docuit Ecclesiam  
 suam, in cujus sinu emori volo,  
 cum qua condemno omnes errores,  
 quoscunque ipsa condemnat & qui  
 condemnabit. „

II. Sum-

(\*) Vix credi potest, quod Quesnellus  
 que ad mortem refractarius & Ecclesiæ Christi  
 oblectatus nomine *Ecclesiæ* intellexerit Ec-  
 clesiam Romano - Catholicam; hæc enim  
 Christo edocta per Constitutionem *Unigeni-  
 tus* damnavit ut erroneas illas opiniones  
 quas ipse veritates esse dixit, & quibus in-  
 mortuus est.

II. „Summum Pontificem agnosco Sæc. XVIII.  
 „pro primario Christi Vicario (\*), & Se- A. C. 1719.  
 „dem Apostolicam pro centro uni-  
 „tatis. „

III. „Declaro quod nunquam in-  
 „tenderim, quidquam dicere, scribere,  
 „sentire, contra id quod credit, & do-  
 „cet sancta Ecclesia Catholica, aut  
 „con-

(\*) Ipse autem in Pontifice duntaxat agno-  
 vit prærogativam præcedentiæ & honoris.  
 de cetero inter ipsum & Episcopos plenam po-  
 testatis æqualitatem statuit, in Dialogis suis  
 Anni 1709. pag. 331. afferens: *Inter Episcopos*  
*est velut natu major inter fratres & pag. 68.*  
*Pontifex Romanus & ceteri in Diocesibus suis*  
*Episcopi æqualem habent judicandi de dogma-*  
*tibus potestatem.*

Quomodo Pontifex, si æqualis est, erit  
 centrum unitatis, ad quod ceteri omnes in-  
 feriores collimare tenentur? quomodo Se-  
 dem Apostolicam pro centro unitatis agno-  
 scere potuit, dum usque ad ultimum vitæ  
 halitum in puncto credendorum ab ea discrepat,  
 & centum & unam propositiones pro veri-  
 tatibus Catholicis habet, quas Sedes Aposto-  
 lica tanquam malignas & damnatas rejicit.

Sæc. XVIII. „contra respectum ejus decisionibus  
 A.C. 1719. „debitum ab obsequenti filio (\*).”

IV. „Quod in libro meo *Reflexio-  
 num moralium in Novum Testamentum*,  
 „cum illum componerem, nunquam  
 „cogitaverim quidpiam scribere, quod  
 „adversaretur sensui Ecclesiæ, nec quod  
 „affine esset perniciosis erroribus, &  
 „malignis intentionibus, quæ Romæ  
 „& in Francia mihi imputantur, &  
 „quæ ex animo detestor; sed quod  
 „unice intenderim, per fidelium in-  
 „structionem quantumcunque tenæ  
 „servitium Ecclesiæ præstare (\*\*).”

V. Quod

(\*) Ægre capi potest, quod ille, qui in  
 variis libris doctrinam iis, quæ ab omnibus  
 Ecclesia credi & doceri jubet, recta oppo-  
 sitam credit & docet, *nequaquam intendat ju-  
 bere dicere & sentire contra id, quod creditur  
 & docet Ecclesia*, nisi nomine Ecclesiæ intel-  
 ligat Ecclesiam Jansenianam.

(\*\*) Id credi posset. si Quesnellus, ubi  
 libri sui doctrinas Ecclesiæ judicio prolepti-  
 tas vidit, sese subiecisset, erroresque, quos  
 veritates esse citra ulpam existimaverat, de-  
 testatus fuisset, non autem, ubi postea præ-  
 cipue in sua expostulatione & expositione  
 necnon in suis Dialogis contra Ecclesiæ cen-  
 suram effræni maledicentia invecus etiam  
 nūm moriturus errores suos defendit.

Sæc XVIII.  
A. C. 1719.

V. „Quod adhuc credam, nihil me  
„docuisse in libro illo *Reflexionum mo-*  
„*ralium*, nec in aliis lucubrationibus  
„meis, quod non maxime conforme sit  
„fidei Ecclesiæ, si quid vero præter  
„intentionem excidisset, quod ab ea  
„fide discreparet, quod id ex animo  
„retractem & detester, & jam nunc  
„me submittam in omnibus, quæ de  
„me meisque scriptis Ecclesia deci-  
„det (\*).

VI. „Quod renovem querimonias  
„meas & protestationes a me factas  
„contra justitiam manifestam eorum,  
„qui me condemnarunt, antequam  
„me audirent, & legerent, quæ pro  
„defensione mea scripsi (\*\*).

VII. Quod

(\*) Quomodo Quesnellus post suum librum  
ab Ecclesia damnatum, ignorare vel dubitare  
poterat, an non sibi quid a fide discrepans  
exciderit, & si quid excidit, cur illud ad  
exemplum Fenelonii Cameracensis Archie-  
piscopi ex animo non retractavit.

(\*) Lectæ atque examinatæ fuerunt om-  
nes explicationes atque Apologiæ, quas  
Quesnellus in libri sui defensionem edidit,  
sed in illis nil nisi pertinax damnatorum er-  
rorum defensio, nulla retractatio, nullaque  
submitio deprehensa est.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

VII. Quod persistam in Appellatio-  
ne ad Concilium futurum generale in-  
terposita de Constitutione, quæ in-  
cipit *Unigenitus Dei filius* &c. & de  
gravaminibus, de quibus iudicium  
Ecclesiæ impetravi (\*).

VIII. Denique quod detestor  
quemcunque spiritum schismatis  
Divisionis, & quod velim mori in  
communione & unitate Ecclesiæ  
Catholicæ & Apostolicæ Romanæ  
&c. (\*\*).

Demum

(\*) Perstitit non alio fine, nisi ut eam  
Ecclesiæ perpetuo rebellem esse, ac in re-  
bellione e corpore egredi constaret: Episcopus  
modi vero appellatio jam anno 1459. a Pio II.  
tanquam execrabilis & pristinis temporibus  
auditus abusus sub anathematis poena damna-  
tus est.

(\*\*) Jocari videtur Quesnellus, dum  
ex parte se spiritum schismatis ac divisionis de-  
testari profitetur, ex altera vero summo Pon-  
tifici ejusque decretis obtemperare recusat,  
& a communione & unitate Catholice,  
Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ definitur.  
libri sui propositiones esse damnabiles per  
suam pervicaciam constanter recedit, dam-  
natosque suos errores pro veritatibus, quas  
Christus Ecclesiam docuit, moribundas veni-  
tare non erubescit.

Demum refractarius hic Senecio Sæc. XVIII.  
 quarta post factam hanc declarationem A. C. 1719.  
 die scilicet secunda Decembris Amstel-  
 lodami periit, annos natus octoginta  
 quinque Menses quatuor, & dies octo-  
 decim.

Inter cetera Quesnelli opera veluti  
 omnium malorum turbarumque sca-  
 turigo erat: *Novum ejus Testamentum*  
*cum reflexionibus moralibus*, seu alio ti-  
 tulo: *Synopsis Evangelicæ doctrinæ mo-  
 ralis*, Hic liber primum Anno 1671. post-  
 ea Anno 1687. prolixior, additis etiam  
 in reliquos N. T. libros observationibus,  
 & demum Anno 1693. & 1695. pluri-  
 mum amplificatus prodiit, & gemina-  
 tis editionibus Quesnellus suos errores  
 geminavit; nam in editione Anno 1671.  
 duntaxat quinque reperiuntur ex dam-  
 natis Cl. Propositionibus, scilicet XII.  
 XIII. XXX. LXII. & LXV. in sequen-  
 tibus vero omnes & singulas invenire  
 est. Eapropter fraudulentè jactitant  
 approbationem Felicis Viallard Cata-  
 launensis, & Bossueti Meldensis Epi-  
 scopi, nam prior duntaxat editionem  
 Anno 1671. & posterior nonnisi quas-  
 dam ex hoc Testamento melioris ac sa-  
 nioris notæ propositiones excerptas,  
 quas ei, omissis dolose ceteris, dun-  
 taxat fuerunt submissæ, approbavit, ea  
 tamen conditione, ut priusquam totus  
*Hist. Eccles. Tom. LXX.* Ee liber

Sæc. XVIII. liber ederetur, correctis 120. Propo-  
A. C 1719. tionibus aliæ duriores, quæ superessent  
 benignum in sensum exponerentur, potius  
 quam vero absque his correctionibus.  
 Anno 1699. novam editionem adornare  
 compererat, destitit ab incæpto labore  
 & monitum, quod initio libri præmi-  
 tendum decreverat, luci committere  
 renuit: De hoc autem Jansenistæ ve-  
 hementer querebantur, & quidem Vil-  
 lartus in suis literis Quesnellum mo-  
 nuit, *Perronium* (sic Bossuetum voca-  
 bant) *quatuor Fratribus* (scilicet quatuor  
 N. T. Tomis) *aversari*, Covetus vero  
 eidem exprobat, quod *aliis multis*  
*cuidam Archiepiscopo* *fassus sit*, *puros*  
*apertos Jansenii errores* *hoc libro* *con-*  
*neri*. Hinc Bossueti approbationem  
 Quesnelistæ eo vivo non protulere in  
 medium, sed primum pluribus post  
 ejus mortem annis ipsam monitum, cuius  
 exemplar nacti sunt, sub infido *Reflexio-*  
*tionis Reflexionum moralium* nomine  
 edi curarunt.

27. Martii  
 1699.  
 30 Jan.  
 1700.  
 Vid. Causs.  
 Quesnell.  
 pag. 324.

Præter hoc opus Quesnellus Anno  
 1673. edidit Opera S. Leonis Papæ cum  
 cum Dissertationibus, quæ 22. Junii  
 1676. Romæ fuerunt proscriptæ. Scripsit  
 insuper motivum juris, monita  
 circa ad Hollandiæ Catholicos, abul-  
 & nullitates decreti die 4. Octobr. 1757.  
 contra Archiepiscopum Sebastienum  
 dat

CLEM  
 dati,  
 ciliu  
 nem  
 post  
 plica  
 episto  
 alia,  
 falso  
 Scri  
 Ex  
 comp  
 my,  
 faris  
 tri C  
 Ang  
 fun  
 tas,  
 vici  
 cete  
 scrip  
 tenta  
 tione  
 pote  
 rebu  
 conf  
 tra  
 tatio

dati, geminam appellationem ad Con-  
cilium, Jesum pœnitentem, elevatio-  
nem ad passionem Christi Domini, ex-  
postulationem & protestationem, ex-  
plicationem apologeticam suæ doctrinæ,  
epistolas ad plures Episcopos, & plura  
alia, quorum tamen nonnulla eidem  
falso adscribuntur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. LXI.

*Scriptorum A catholicorum opera &  
decessus.*

Ex Scriptoribus A catholicis nomen  
aliquale suis lucubrationibus sibi  
compararunt sequentes. I. Isacc La-  
my, qui scripsit Historiam Augusti Cæ-  
saris, censuram in Commentarium Pe-  
tri Olivæ in Apocalypsin, Historiam  
Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ, respon-  
sum ad monita ad profugos Hugonot-  
tas, & Historiam Franciæ sub Ludo-  
vici XIV. Regno. II. Joannes La Pla-  
cette Calvinista Catholicis infensissimus,  
scripsit tractatum de superbia, novum  
tentamen doctrinæ morum, observa-  
tiones Historico - Ecclesiasticas, de  
potestate Pontificis in definiendis fidei  
rebus, mortem Justorum, tractatum de  
conscientia, & de restitutione, varios  
tractatus de rebus conscientiæ, Dissert-  
tationem de insanabili Romanæ Eccle-  
siæ

Niceron t. I.  
pag. 289.

Sæc. XVIII. siæ scepticismo, tractatum de Eleem  
 A. C. 1719. syna, & juramento, & de fide Divina  
 bonis operibus, & auctoritate sensuum  
 contra transubstantiationem, commu-  
 nionem devotam, reflexiones morales  
 & succinctam Christianam moralitatem  
 III. Petrus Poiret edidit Theologiam  
 realem, cogitationes rationales de Deo  
 Anima, & malo, opera Antonii  
 Bourignonæ, œconomiam Divinam  
 pacem piorum, de idea Christianæ  
 Theologiæ, Theologiam cordis, vitam  
 & opera S. Catharinæ Genuensis, et  
 eruditione solida &c. ideam Theologiæ  
 mysticæ, Theologiam Crucis Christi  
 Catechismum Christianum, Scholæ  
 puri amoris Divini, & quamplurima  
 alia Ascetica opuscula. Menckius  
 hunc Authorem carpit, eoquod  
*fanatismo suspectus, nimis tolerantiam  
 commendavit, quæ ad Indifferentiam  
 viam pandit.* IV. Christophorus Ro-  
 meier prælo subjecit octodecim dispo-  
 sitiones animadversionum exegetica-  
 rum, Hildebrandi antiquitates ex S.  
 Scriptura collectas, annotationes in  
 Theophylacti anectodos commentarios  
 & nonnulla alia. V. Joannes Major  
 posteris reliquit Historiam animalium  
 in S. Codice, vitam Joannis Reuchlini  
 Synopsis Theologiæ Symbolicæ, mor-  
 ralis, & Judaicæ, Paraphrasin epistolæ

ad Hebræos, Theologiam Evangelicam, Oeconomiam temporum V. T. & N. Harmoniam Evangelicam præter alia nonnulla. VI. Henricus Cocceius publici juris fecit commentarium in Zacchiæ quæstiones, tractatum de doli, culpæ & negligentiae præstationibus, Antonomiam juris gentium, Prodrumum justitiæ gentium, & tractatum de veritate Religionis Christianæ. VII. Matthias Schroeder edidit Mahometem testem veritatis contra seipsum, disputationes de casibus extremæ necessitatis, de præjudiciis, de propagando Evangelio, de misanthropia eruditorum, de misocosmia, & Misogynia eruditorum. VIII. Joannes Ernestus Segerus, scripsit Compendium Theologiæ exegeticæ, methodum studii Theologici, de vidua duo minuta in Gazophylazium inferente, de resurrectione embrionum, de revelatione Divina, præter alias quæstiones Theologicas. Sæc. XVIII.  
A.C. 1719.

